





DISPUTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA  
**DE APPELLATIONE**  
**AB EXECUTIONE REI**  
**JVDICATÆ.**

48

25

1227,4

QVAM  
DIVINO NVMINE ET AVSPICIO

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

REGIÆ CELSITVDINIS,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

**DN. CAROLO FRIDERICO,**

HEREDE NORVEGIAE, SVPREMI DVCE SCHLESVICO, DVCE  
HOLSATIÆ, STORMARIAE ET DITHMARSIAE, COMITE  
IN OLDENBURG ET DELMENHORST, ET REL.

EX

**DECRETO MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS,**

IN ALMA CHRISTIAN - ALBERTINA

SVB PRÆSIDIO

VIRI CONSULTISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI

**Dn. FRIDER. GOTTLIEB STRUVII, D.**

REGIÆ CELSITVDINIS SLESVICO-HOLSATICÆ CONSILIA-  
RII, JVRIS CANONICI, PANDECTARVM AC PRAXEOS PROFESSORIS

ORDINARI, FACULTATIS JVRIDICÆ h. t. DECANI,

DOMINI PATRONI ET PROMOTORIS DEVENERANDI,

PRO GRADV DOCTORALI

SVMMIS QVE IN VTRQVE JURE HONORIBVS AC PRIVILEGIIS

MORE MAJORVM LEGITIME ET PVBICE CONSECVENDIS,

AD D. II. AVGUST. ANNO MDCCXXVII. HORIS XOCQVE CONVENTIS

PVBlico ERVITORVM EXAMINI SVBMITTIT

**GEORGIVS FRIDERICVS JASTER,**

ELECTORALIS HILDESIENSIS DICASTERII ADVOCATVS.


KILONII, Litteris Joh. Christophori Reutheri, Acad. Typogr.

29

DE APPELLATIONE  
DE RESTITUTIONE REI  
JUDICIALE

ET CETERIS  
IN TERRA ET AERIS

IN CIVITATIBUS ET TERRIS



## I. N. D.

Th. I.

**B**uanquam ea sit rei *judicata auctoritas*, ut ab ejus executione appellatio non sit admittenda, juxta l. 21. C. de Appellat. partim, licita apquia publice intereat, salvam esse rerum *judicatarum auctoritatem*, ne detur proces-  
sus in infinitum, cum aliquis litium finis ac iurgiorum terminus esse debeat, quod nunquam obti-  
neretur, si *judicata* quovis tempore de novo impugnari &  
revocari possent, siquidem necesse habent partes, in aliquo  
jurisdictionis puncto acquiescere l. 65. §. 2. ff. ad SCium Tre-  
bell. Bachov. ad Treutler. Vol. II. Disp. XXXII. th. 4. lit. H.  
partim, quia fatali ad provocandum contra sententiam,  
elapso, videantur partes mutuo consensu sententiam judi-  
cis approbasse ut inde ex quodam conscientiae vinculo &  
naturaliter & civiliter obligentur, ut *judicato* satisfiant l.  
29. §. 2. ff. mand. Neque etiam aliter quam *frustratoria* &  
*moratoria* præsumi potest appellatio, quæ fit ab executio-  
ne, quod nimur tantum interponatur, *ad remoram ju-  
dicii faciendam*, & illud, quod *ultimum est jurisdictionis sub-  
terfugiendum*. Peretz ad tit. Cod. Quor. Appell. non recip.

A

num.

num. 7. Hoc certe intuitu non inepte Cicero de lege Agraria judicat; rerum iudicatarum infirmationes civitatum affiliarum, perditis jam rebus, extremos exitionum solere esse exitus. Unde quoque appellations quæ sunt ab executione, cum moratoriis, & quæ sunt contra propriam confessionem, conjungit Paulus JCtus Lib. V. Sentent. tit. 35. ibi: moratoria appellations & eas, que ab executoribus & confessis sunt, recipi non placuit. Ex pari causa severis antiquorum Principum Constitutionibus appellations ab executionibus sub certis poenis pecuniariis, fisco, inferendis, fuerunt prohibita. Ita est Constantini M. Imp. Lex in L. 1. Cod. Theod. quorum appellatio non recip. ibi: Moratoria dilationes frustratoriasque non tam appellations quam ludificationes admitti non convenit. Nam sicut bene appellantibus negari auxilium non oportet, ita his, contra quos merito iudicatum est, inaniter provocantibus, differri bene gesta non decet. Id quod idem Imperator ad appellations frivolas, quæ sunt ab executionibus, transfert in L. 2. Cod. Theod. cod. tit. ibi: Qui a prejudicio appellaverit vel ab executoribus rerum antea statutarum atque alterius judicii præpropere judicia poscerit, triginta follium pena mulctetur. Et plenius adhuc sancit in L. 3. C. Theod. cod. tit. verb. Cum ante hac lege de Appellationibus data statutum sit, ne quis a prejudicio vel ab executione interponeret provocationem, neve hujusmodi appellatio ab iis, qui vice nostra judicant, admittatur, ne in principem, plurimorum interpositis a prejudicio appellacionibus, vel moratoriis quibusdam frustrationibus interjectis, litigia protrahantur, tamen nunc pena addi placuit: Quod postea a Constantio & Constante Impp. Augg. est repetitum in L. 11. Cod. Theod. d. l. verb. Ab executione vel a prejudicio appellationem oblatam suscipi non oportet. Confirmatum ulterius fuit.

fuit sancto Valentini & Valentis Impp. in L. 15. C. Theod.  
eod. tit. ibi: *Ab executione vel a prejudicio provocantes de-  
crevimus, non admitti, in tantum, ut contra definita faci-  
entes quinquaginta libras argenti condemnatione feriantur;*  
Add. Ruginell. de Appellat. §. 2. Cap. II. n. 58. & seqq.

## Th. II.

Verum postquam deprehensum fuerit, inferiores Ma- *Nisi mo-*  
*gistratus & datos a Principe executores sua potestate abuti, dux exce-*  
*& saepe excessum fecisse in modo executionis facienda, est datur.*  
*insignis limitatio superaddita. Quod licita sit appellatio, si*  
*modus in exequendo excedatur. Neque enim prætensa rei*  
*judicatae auctoritas in præsidium iniquitatis debet diverge-*  
*re aut invertere naturalis æquitatis regulam, qua gravatis*  
*contra injuriam judicis est succurrendum arg. L. 32. ff. de*  
*injur. L. 3. ff. quod met. caus. Atque de hac limitatione ex-*  
*stat monitum JCTi in L. 4. ff. de Appellat. Ad quod se refert*  
*Gratianus in can. 41. vers. 16. Caus. II. Quæst. 6. ibi: Ab*  
*executione sententia appellari non potest, nisi forte executor*  
*sententia modum iudicationis excedat. Cum quo concordat*  
*illud, quod in Decretali Epistola Innocentii III. habetur in*  
*cap. novit. 43. X. de Appellat. ibi: Cum secundum jus appelle-*  
*ri ab executoribus non possit, nisi forsitan modum excederent*  
*in exequendo. Quæ dictoria juris canonici desumpta viden-*  
*ex Valentis, Gratiani & Valentini Impp. Constitutione,*  
*qua superiorum Principum placita th. I. allegata, ex supra*  
*dicta ratione restricta fuerunt. Extat illa in L. 5. Cod. Quor.*  
*appellat. non recip. ibi: Ab executione appellari non posse sa-*  
*tis & jure & constitutionibus cautum est, nisi forte executor*  
*sententia modum iudicationis excedat.*

## Th. III.

Cum vero talis judicum vel executorum excessus in *Thema*  
*exe- diserta-*

tionis pro- exequendo variis omnino modis possit contingere, placuit  
ponitur. præcipuos casus, prout in legibus ac apud scriptores invenire licuit, per modum disputationis inauguralis publice ad ventilandum proponere, siquidem, in hac perversa seculi & judiciorum facie, imprimis opus est, præmonere & judices & advocatos, ut isti ab ejusmodi excessu abstinent; hi vero remedia addiscant, quomodo se contra injurias injuste procedentium munire ac defendere queant.

## Th. IV.

*Executionem ergo dum dicimus, presupponimus rem*  
*Explica- judicatam, seu præviā sententiam judicis competentis, quæ*  
*tio termi- in rem judicatam transiit, sive interlocutoria illa fuerit, si-*  
*norum sub- ve definitiva, neque enim antea valide ad executionem*  
*jicitur.*  
*Debet au- procedi potest. Unde bene hic locum habet Diocletiani*  
*rem senten- & Maximiniani Impp. assertum in L. 8. Cod. de Execut. rei jud.*  
*tia exe- ibi: Executorem eum solum esse manifestum est, qui post sen-*  
*cutionem tentiam inter partes, audita omni & discussa lite prolatam,*  
*præcedere. rei judicata vigorem ad effectum videtur deducere. Ex quo*  
*sua sponte sequitur, quod quando judex executionem ante*  
*sententiam condemnatoriam decernat, justa detur appellatio.*  
*Neque enim processus ab executione est inchoandus, &*  
*quæ ante sententiam gesta sunt, possunt revocari L. 5. ff.*  
*de re jud. Neque potest constare antea de vi ac effectu*  
*executionis, quam per sententiam judicis determinatum*  
*sit, quid & quantum debeatur. l. 1. Cod. de Execut. rei jud.*  
*Mev. Part. VIII. dec. 207. Cum proinde ex tali inordinato*  
*processu manifestum partis gravamen exsurgat, sine du-*  
*bio, dabitur appellandi locus Brunnem. ad L. 5. Cod. Quor.*  
*appellat. non recip. num. 6. Neque obstat nostro asserto L. 12.*  
*ff. de Appellat. ubi appellatio in re aperta supervacua dicitur.*  
*Neque enim ille textus simpliciter est accipiendus, quasi in*  
*omni*

omni re aperta appellatione non sit opus, siquidem non omne gravamen manifestum actum statim facit nullum, quia illud gravamen, quod jus tantum partis in *hypothesi* ut loquuntur, laedit, demum per appellationem interpositam fiat reparabile, non vero nullitatem actus per se involant. Ut diserte hoc exponit L. 2. Cod. *Quando provoc. non est nec.* Verum accipiens est ille textus relative & restringendus ad casum ibidem propositum. Agitur nimis in eo de forma electionis duumviralis, qua certe non observata, actus electionis est nullus, & ideo supervacua appellatio; At vero hoc ad actum, ubi de privato partis interesse agitur, applicari non potest. Pariter non adversatur L. prolatam 4. Cod. de sentent. & interloc. ubi dicitur, *quod certum sit sententiam contra solitum juris ordinem prolatam, auctoritatem rei judicata non obtinere.* Quem textum etiam pro contraria sententia adstruenda adducit. Coler. de Proc. Execut. Part. 3. Cap. 9. num. 17. Verum Praeterea, quod ipse Colerus d. l. num. 18. in fin. eo tamen concludit, quod *hoc modo executatus atali gravamine possit appellare;* est adhuc insuper notandum; *Quod illud gravamen,* quale in proposito casu ex defectu sententiae nascitur, non tam *formam judicij publicam* adficat, quam potius jus partis in *privato* laedit. Ipsum enim decretum executoriale vim sententiae definitivae tacite involvit, ita, ut saltem propter precipitatum executionis ordinem & præposterationem parti gravatoriam, appellatio locum habeat. Add. Guttiretz' Præt. Quest. Lib. I. Cap. 131. Unde quoque in tali opinionum discrepantia utilis erit cautela in praxi, querelam nullitatis, hoc casu cum remedio appellacionis cumulare, ut ita ex utraque parte gravato succurri queat.

Th. V.

**Executio** Circa Executionem porro ipsam notandum, quod illa potest dupliciter considerari possit, primo in se, quatenus est necessarium consequens rei judicatae, atque ad tuendam jurisdictionis auctoritatem, contra refractarios opus est. Deinde quoad formam & modum suum, ubi saepius excessus fieri potest, qui casus potissimum sunt hujus loci, contra quos gravatis per factum judicis ac executoris beneficio appellationis succurritur. Ex quo salva manet regula, quod quidem ab excutione ipsa non possit fieri appellatio, quæ tantum in refractarios ex propria illorum culpa vel dolo fit; sed tantum ab illius excessu, si modus in exequendo exceatur, prout bene monet Wurmser. *Observ. Pract. Lib. I. Tit. 24. Obs. 10.* Unde quoque circa exceptiones contra executionem propositas notanda est differentia. Aut enim tales ipsam sententiam executoriam impugnant, & de his non agimus. Aut vero tales sunt, quæ post sententiam & rem judicatam emergunt, & saltem modum executionis facienda concernunt; Has proinde praesenti, loco considerare debemus quatenus scilicet habeantur admissibiles, ita ut illis sine causa rejectis, appellationi locus esse debeat, juxta tradita Gail. *Lib. III. Obs. 113. n. 8.* Provocatur enim vel ab ipsa sententia executoriali; vel tantum a factu executoris atque ipso executionis decretæ actu. Priori casu sententia aut ex capite nullitatis impugnatur, vel per medium restitutionis aut appellationis infringitur; Quæ omnia tamen remedia ita comparata sunt, ut ipsam condemnationem & sententiam elidant, ac proinde executionem vel impedian, vel penitus rescindant atque removant. Nos vero in praesenti dissertatione tales supponimus casus, ubi executio per sententiam juste est decreta,

illa-

illaque in rem judicatam transiit, & tantum in exequendo contra jus & fas factō proceditur, & inde propter tales executoris excessum gravatis concreditur appellatio.

## Th. VI.

Consideranda porro est Persona Executoris, qui rem Persona judicatam exequi debet; atque ille diversimode spectatur. Executo-  
Nimirum exequitur sententiam judicati vel ipse judex or-  
dinarius, qui illam in prima vel secunda instantia tulit; deratur.  
vel alius ejus vice ac mandato. Atque huc in primis pertinet Est vel  
communis fere tum veterum Glossatorum tum hodierno- merus vel  
rum practicorum distinctio inter Executorem merum & mixtum.  
Vid. Thoenik. *Advoc. prud. in Appellat. Sect. II. §. 12.*  
*n. 36.* Wagnereck ad *Decret. ad Cap. 43. X. de Appellat.* Il-  
lum vocant, [qui nullam habet cognitionem causæ, sed  
sententiam simpliciter exequitur juxta commissum judicis;  
adeoque de meritis causæ principalis non potest cognosce-  
re, licet forte allegetur, sententiam ex falsis instrumentis  
esse latam, quia tunc causa ad delegantem est remittenda,  
secundum *Cap. de cetero 5. X. de re jud.* Hunc vero dicunt,  
illum executorem, qui non tantum exequitur, verum etiam  
cognitionem causæ habet; Idque vel vi ac potestate ordinariæ  
jurisdictionis, vel ex formula commissionis ac delega-  
tionis factæ, prout definit *L. 4. Cod. Si contra jus vel uilit.*  
*publ. Menoch. de Arbitr. Jud. Ques. Lib. I. Cas. 38.*

## Th. VII.

Porro ille alius, qui vice ac nomine judicis ordinarii Alius a-  
judicatum exequitur, est in triplici differentia. Primo est liquando  
*Commisarius ad exequendum datus.* Quem judex vel ex vice judicis ordi-  
officio vel ad instantiam partis dedit, ut sententiam ex- narii sen-  
queretur, vel etiam qui a summo Principe in hunc finem tentiamen-  
est delegatus. Atque tunc tenor factæ commissionis ac de-

*xequitur.* delegationis diligenter est inspiciendus. Aut enim execu-  
Primo tio ipsius *causæ* alicui est commissa, tunc intelligitur etiam  
*Commis-* ei cognitio mandata, ita ut ante causam cognitam atque  
*sarius ad* discussam nequeat ad executionem procedere. jux. l. r.  
*exequen-* *Cod. de Execut. rei jud.* Vel causa jam est ventilata & decisa,  
*dum da-* ac proinde saltem executio *sententia* ac *judicati* commit-  
*tus.* titur; & tunc anceps existit quæstio, olim in judicio Ca-  
merali multum agitata, teste Mynsing. *Cent. III. Obs. 89.*  
An talis Executor etiam de exceptionibus contra execu-  
tionem oppositis, possit cognoscere? Sed placet Interpretum  
distinctio, scilicet, posse tamē Commissarium executo-  
rem de illis exceptionibus cognoscere, quæ *ipsam execu-  
tionem* spectant, v. g. de modo exequendi, & rebus in quas  
fieri debeat executio; non vero de istis exceptionibus,  
quibus sententia vel executio impugnatur, quippe quæ  
ad eum, qui protulit sententiam, sunt remittendæ. Scip.  
Gentil. de *Jurisd. Lib. II. cap. 31.* Struv. *Synt. Civ. Exerc. IV.*  
*th. 45.*

## Th. VIII.

*Executor* Secundo executor est nudus minister ac apparitor judicis.  
*apparitor.* veluti in pignoribus capiendis adhibitus. Sunt enim qui-  
dam actus executoriales judici quasi reservati, quos ipse  
facere solet, forte decretum executoriale, actum immis-  
sionis &c. Quidam vero actus tanquam leviores per appa-  
ritorem judicij expedire solet, uti in pignorum capione,  
prehensione corporis &c. In hisce proinde actibus apparitor  
tanquam nudum instrumentum judicis habetur, per  
quod manuariam quasi jurisdictionem & actus mixto suo  
imperio convenientes exequatur. Tota idcirco ministri  
hujus judicarii potestas ab obsequio judicis mandantis de-  
pendet, adeoque si intra cancellos demandati sui offici  
per-

permaneat, factum illius ex jussu judicis expeditum, non in ipsum, verum in judicem committentem redundat. Add. Herold in *Observat. ad Process. cap. IX.*

## Th. IX.

Tertio Executionem quandoque facit *judex requisitus*, *Index* sub cuius forte jurisdictione res vel bona sunt sita, in quæ *requisitus* executio fieri debet. Est vero ille *judex* vel penitus extra- *ad execu-*  
*neus ac diversi territorii*; vel est in diversa quidem *Prae-* *quendum*  
*fектura*, sed sub eodem tamen *Principe*. Illius potestas & *extra-*  
*arbitrium omnino* discrepat a prioribus executoribus in eo *neus*.  
potissimum, quod *plenior* sit, & propter fundatam simul  
jurisdictionem ex re vel ex persona ejus, contra quem  
executio dirigitur, non ita strictos habet limites, veluti  
*Commissarius* a suo *judice* aut *apparitor*; hi enim alienam  
tantum jurisdictionem ex commissione vel mandato exercent;  
Iste vero *proprium* jurisdictionis imperium interponit. Hi ex  
necessitate ille ex *humanitate* & *socialitate* subsidiarium *pра-*  
*stat auxilium*, reciprocis officiis compensandum. *Mev. Part.*  
*VI. Dec. 7. num. 3.* Nec tamen talis *judex in subsidium requisitus*  
potest denuo causæ jam dudum decisæ & in executionem  
deducendæ cognitionem instituere, sed standum est *judicato*. Inducit enim hoc fides & *præsumtio* *judiciorum* ac *ju-*  
*dicuum publica*, ut acta & gesta unius *judicij* fidem mere-  
antur in alio *judicio* absque, nova inquisitione causæ Schurf.  
*Cent. I. Conf. 33.* Quanquam vero de meritis sententiae latæ  
& in rem *judicatam* evectæ amplius cognoscere non debeat,  
sed tenorem *judicati* agnoscere; Attamen *executio* ab eo-  
dem non secundum *stylum* *judicis* requirentis, sed *juxta*  
*statuta* & *observantiam loci*, ubi sententia est *execuenda*,  
procedere debet, siquidem ea, quæ ad *formalia processus*  
pertinent, regulari debent *juxta* *jura* *judicij*, ubi *actus per-*

B

agen-

ragendus obvenit Schwendendorf. ad Proc. Fibig. pag. 948.  
num. 488.

## Th. X.

*Judex requisitus sub eodem Principe.* Sin vero judex requisitus sit sub eodem Principe, sed in diversa saltem Praefectura jurisdictionali, tunc quidem etiam requisitio fieri debet, ut judex ille executionem faciat, sub quo persona vel res immediate est sita, partim ne cuiquam privilegium & jus primæ instantiæ intervertatus partim ne turbenter fines jurisdictionales, cuivis praefecturæ, quoad bannum suum assignati. Berlich. Part. I. Conclus. 69. num. 21. Verum facile patet, non tantum in forma ac stylo requisitionis tunc debere observari differentiam, sed etiam restrictiorem esse hujus licentiam in exequendo, quam ejus judicis, qui diversi penitus est territorii. Nec non maximam differentiam circa recursum appellationis attendandam esse, facile constat.

## Th. XI.

*Judex secularis requisitus ab ecclesiastico & vice versa.* Similiter *judex Ecclesiasticus* brachium seculare *judicis secularis* saepe implorare solet, ad faciendam decretorum consistorialium executionem, in casibus nimirum, ubi censuræ ecclesiasticae non sufficiunt Gail. Lib. I. Obs. 115. Et tenetur tunc judex secularis exequi sententiam ad factam legitimam requisitionem, adeo ut concedant Ddres, posse judicem secularem cogi a judice Ecclesiastico, ut exequatur, juxta Myns. Decad. I. Resp. 6. num. 11. E contrario etiam judex secularis quandoque judicem ecclesiasticum requirere debet, verb. grat. contra clericum contumacem. Et certe utroque casu una jurisdictione alteram adjuvare debet, & si forte hoc denegetur & pars prægravetur, datur recursus ad superiorum Berlich. Conclus. Pract. lib. I. Conclus. 69. n. 22. & seqq.

## Th. XII.

## Th. XII.

Est vero a tali adhuc judice discernendus *judex inferior requisitus ad exequendum a superiori*. Poteſt enim va-  
*riis modis contingere, ut judex superior ſententiam ſuam non ipſe exequatur, ſed inferiori judici executione in com- mittat. Primo quidem, quando judex superior appella- tionis in cauſa ad ſuum forum devoluta conſirmat ſen- tiam prioris instantiae, tunc enim juxta ſtylum & Praxin*  
*judiciorum cauſa inferiori judicia quo remitti ſolet ad ex- quendum cap. 59. X. de Appellat. Quo cauſu judex inferior, cui cauſa & ſententia a superiori ad exequendum remitti- tur, conſiderandus eſt tanquam executor, ſiquidem per appellationem ſemel admiſſam tota cauſa & negotium quoad punctum ſcil. appellabile ad superiorēm judicem fuit devolutum & jurisdictionis inferioris judicis eſt ſupeſta per l. 6. pr. Cod. de Appellat. Ut proinde cauſa ita remiſſa, ſententiam non tam ſuam, quam superioris exequi cen- ſeri debeat. Quanquam enim ipſe superior, ob juf devolu- tum ſententiam talem conſirmatoriam ſine ſubſidio inferioris Magistratus exequi poſſet juxta textum expreſſum in auth. ſiquis litigantium Cod. de Episc. aud. tamen ut honor ju- dicis inferioris conſervetur uſu fori quandoque remiſſio ad exequendum fieri ſolet. Carpz. Proc. tit. XIIIX. Art. 17. n. 65. & seqq. Deinde quando pars ob privilegium forte primae instantiae ex l. un. Cod. Quando Imp. inter pup. vel vid. ſta- tim ad forum superioris Principis provocaverit, & iſte cauſa diſcuſſa ad inferiorē Magistratum executionem dictæ ſententiae remiſerit. Quibus certe caſibus inferior execu- tionem declinare non potheſt. Solet vero hiſce & superiori theſi traditis caſibus haec quoad ſtylum curiarum ſervari differentia; Ut quidem ad extranei territorii ac diversæ ju-*

risdictionis Magistratum *Litteræ requisitoriales* sive *mutui compassus*, a judice requirente dari debeat. At vero ad Magistratum inferiorem *Litteræ Executoriales* sive *mandata* mittuntur, quibus executio facienda per modum imperii injungitur; cum aliis judicibus ejusmodi litteræ requisitoriales per modum precum insinuari soleant. Eadem denique distinctio est servanda circa illum judicem, qui *jurisdictionem patrimoniale* exercet, prout illi aut a superiori executio mandatur, aut is a pari vel ab extraneo requiritur. Siquidem concessio ista jurisdictionis patrimonialis respectu superioris diversum tantum instantiarum gradum constituit, jurisdictionem tamen territoriale non alterat. Conf. Frantz. lib. I. resol. 18.

## Th. XIII.

*Appella-* Per appellationis porro vocabulum in rubrica nostræ *dissertationis* positum, intelligimus omne *remedium*, quo modo di- *gravatis contra factum executoris injuriosum succurritur*. Et catur in quidem tale *remedium* generaliter ad *summarium* atque *extraordinarium* refertur, juxta notata Wesenbecii. *Consil. 100. num. 1.* Et potest proinde talis processus executionis *gravatorius* vel per *implorationem offici judicis impugnari*, docente Colero *Consil. 2.* vel per quamcunque provocatio- nem ad superiorem, maxime, quando a facto *meri executoris* recursus ad judicem competentem fiat. Cum enim appellatio proprie sic dicta locum non habeat, nisi ab eo judice, qui jurisdictionem habet arg. l. 3. *Codic. de jurisd. omn. jud. l. 19. Cod. de Appellat.* Ideo quando a facto *executoris* provocatur, impropria tantum appellatio dicitur *Rebuff. Tr. de Sentent. Execut. Art. VII. gloss. XII. num. 11.* Nisi forte dicere quis velit, hoc factum excessivum *meri executoris* habendum esse pro *gravamine judicis extrajudi-*

diciali, quod talis executor extra fines mandati sui procedens, tanquam privatus agat, & ejus admissum pro facto judicis interpretativo haberi debeat. Thœnnik. *Advoc. prud.*  
in appellat. *Seet. II. §. 12. num. 37. limit. 3.*

## Th. XIV.

Hisce igitur præsuppositis jam ulterius Quæstio illa maxime prejudicialis quoad hanc materiam est inquirenda: *tur an ge-*  
*An talis excessus in executione sit ipso jure nullus, an denum sit per*  
*per appellationem revocandus?* Certe Ddres multum inter excessum  
se hac de re disceptant. Evidem subsistere executionem *sint ipso*  
propter excessum, licet immoderate factam, ac proinde jure nulli-  
appellazione gravati opus esse, contendit Bartolus & Baldus la, an per  
& cum his facit Gail. de Arrest. Cap. XI. num. 20. Munoz. appellati-  
ab Escobar de Ratiocin. cap. 33. num. 16. Contrarium ve- onem im-  
ro tenet, & executionem propter excessum esse ipso jure pugnan-  
nullam asterit Marant. Prax. Judic. Tit. de Execut. Sentent. da.  
num. 9. Qui pro nullitate executionis pugnant, provo-  
cant ad hoc, quod in L. a Divo Pio 15. §. 2. ff. de re judicat.

certa forma ac modus executoribus sit præscriptus, jam vero omisso solennitatis legalis vitiet actum. Math. de Af-  
flict. Decis. 358. num. 1. Alii præterea ad inducendam con-  
cordiam discordantium Opinionum distinguunt, an ipse  
judex ordinarius exequatur sententiam, & propter ejus ex-  
cessum appellatione opus esse, an vero minister judicis sen-  
tentiam exequatur, tunc enim si is excedat, actum exe-  
cutionis esse nullum, uti tradit Gabriel. Conclus. commun.  
Tit. de Execut. rei jud. Conc. 2. Verum ad hanc quæstionem  
solide decidendam & solvendum controversiarum nodum,  
bene advertendum est, posse tales excessum executionis  
duplici modo considerari, vel quoad effectum juris, & hoc  
respectu tenet illa sententia, quod ille excessus sit reputan-

dus pro *nullo*, neque parti adversa, qua executionem im-  
petravit, jus aliquod tribuat quæstum, cui valide insistere  
& inde competenter agere vel excipere queat, siquidem  
ex actu contra formam legis gesto, non potest jus aliquod  
oriri. *L. non dubium s. Cod. de Legibus.* vel spectatur talis  
excessus quoad ipsum factum & attentatum & hoc respectu  
non potest dici actus nulliter gestus, quia ipsum factum  
naturaliter gestum, actum quendam gravatorum invol-  
vit, & actu geri dicitur. Si enim tale quid non fieret,  
aut tentaretur ab executore, nullum adeset gravamen, &  
ita frustranea foret appellatio; At eo ipso quo geritur, actu  
fit, & ita infactus fieri non potest, sed per provocationem  
ad superiorem mediante appellazione vel alio remedio est  
revocandus, ne malum principium in pejorem eventum  
devergat. Supervacua enim foret querela nullitatis, nisi  
gestum gravatorum revocaretur, & pars laesa per superi-  
oris auctoritatem in pristinum suum statum restitueretur.  
Atque eodem collimant superius allegati textus in *l. 4. ff.*  
*de appellat.* & *l. 5. Cod. Quor. appellat. non recip.* Item cap.  
*43. X. de appellat.* Ubi clarissimis verbis *appellatio*, ab ex-  
cessu executionis indulgetur. Omnis vero appellatio actum  
supponit verum & ad minimum quoad formam civilem  
validum. Add. Contard. ad *l. un. Cod. de moment. poss. Lim.*  
*XIX. num. 38.* Nec obstat allegata in contrarium ratio de  
forma ac solennitate actus civilis servanda. Procedit enim  
ista nullitas in iis quæ ad formam substantialiæ publici ali-  
cujus actus pertinent, uti casus est in *l. 12. ff. de Appellat.*  
Quod aliter se habet in actu & processu executionis, qui  
magis in favorem debitoris privatum quam ad necessita-  
tem formæ publicæ est institutus, adeoque excessus hujus  
*gravamen* privato infert, adeoque per appellacionem est

re-

reparandus. Add. Guttierretz Pract. Quest. Lib. I. Cap. 131.  
circ. fin.

## Th. XV.

Fundamentum commune provocationis ab executio- Funda-  
ne est gravamen per excessum illatum Carpzov. Lib. III. mentum  
Resp. 127. Quæ duo conjunctim sunt necessaria. Unde so- generale  
lus excessus, qui tamen non gravat, non facit appellatio- provoca-  
ni locum, neque executionem revocabilem, uti expresse *tionis ab*  
*decidit Mev. Part. II. dec. 177.* [Debet porro Excessus dolo, executio-  
injuria vel culpa executoris contingere, nec causatus esse a parte ne.  
eius, contra quem decreta fuit executio, forte propter in-  
justam istius resistentiam; etenim contra tale damnum;  
quod quis sibi propria sua culpa attraxit, nemo auditur l.  
203. ff. de Reg. Jur. Præterea gravamen alicujus momenti  
esse debet. Neque enim consultum est, super quolibet ex-  
cessu querelam apud superiorem admittere, siquidem ob  
contumaciam debitorum sapient & facile potest excessus  
quidam evenire, uti bene monet Lyncker Vol. I. Resp. 128.  
n. 35. 36. Imprimis vero subveniendum est gravato, si  
propter intentatum excessum *damnum immineat irrepara-  
bile*, quod omnino præcavendum & appellatio admitti de-  
bet Asin. in Proc. Judicar. Part. I. §. 31. cap. 18. lim. 1.

## Th. XVI.

Permittitur ita provocatio a facto cuiuslibet executoris, pellatio- A quo ap-  
modum in execuendo excedentis, sive sit judex ordinarius, permitta-  
re, sive delegatus aut commissarius, uti habet cap. 27. X. de sit.  
offic. & pot. jud. deleg. ibi: Delegatus a nobis vel judex qui-  
cunque non tam cognitorem quam executorum ad aliquem  
certum articulum, quempiam deputaverit, ab eo, nisi mo-  
dum excedat, non licet appellari. Quanquam enim pro ju-  
dice ejusque commissario sit communis juris præsumptio;  
tamen

tamen ista per contraria illius facta potest elidi, quando nimirum ea circa executionem negligit, quæ jura alias requirunt Mev. Part. I. dec. 145. num. 2. Multo magis ergo factum excessivum simplicis ac meri executoris aut nudi ministri ad examen appellationis sive provocationis potest deferri, quando vel immoderatum a judice iussum exequitur, & ita gravet partem dolo vel culpa ipsius judicis mandantis, vel quando ipse proprio motu fines mandati excedit & actum quendam gravatorum facit.

Th. XVII.

*Judex re-* Similiter etiam *judex* ad *execendum requisitus* sive *quisitus* diversi sive ejusdem territorii nullo privilegio de non *ap-*  
*pellati-* gaudet, si talia faciat in *execundo* quæ contra  
*onem non* *jus* aut *fas* sunt. Quanquam enim inferior ad *mandatum*  
*potest de-* superioris attendere *debeat*, atque *extraneus præscriptum*  
*clinare.* *judicis* requirentis pro se *habeat*, cuius *normam* *sequendo*,  
non *proprium* sed *alienum* *executionis ministerium præsta-*  
*re videtur*; Attamen potest uterque *proprio* *suo facto* ultra  
*modum* sibi *præfinitum* procedere, & ita *gravamen* ali-  
*quod appellabile inferre*, *protrahendo* *executionem*, *spor-*  
*tuulas* *immoderatas* *exigendo* & *aliis modis*; *conf. Marant.*  
*de Ord. Judicior. Disp. I. num. 1. & seqq.* Inprimis vero *pec-*  
*trahere.* *judex* *requisitus*, *si executionem rei* *judicatae* *penitus de-*  
*negare*, *aut eandem variis implicare* *velit difficultibus*, *aut*  
*ita protrahere*, *ut in eventu inanis fieret* *actio*, *ac* *judicati*  
*effectus* (*qui ne quidem per imperatorum rescripta absque*  
*sub & obreptione labefactari* *potest*), *eluderetur.* *I. 32. C. de*  
*Transact.* Et quidem *si judex extraneus* *diversi territorii*  
*talem denegationem* *vel protractionem* *justitia* *atque* *exe-*  
*cutionis* *committat*, *reatum omnino conscientia* *contra-*  
*hit*, *socialitatem* & *jus gentium* *lædit*, & *vincula diuini ac*  
*humani*

humani juris convellit, cuius perpetua lex est, ut æqualis inter cives aequæ ac peregrinos debeat esse justitia, optime monente Ziegler. in *Dicāst. Conclus. 15.* Unde merito concludit Carpz. *Part. I. Const. 32. def. 1.* Quod judex omnino omni jure obligetur ad faciendam executionem, sive per executoriales a superiori, sive per litteras mutui compassus a pari vel æquali requisitus fuerit, ut judicatum executioni demandet, adeo, ut eo nomine actione in factum ad interessè a parte laesa conveniri queat, juxta textum *l. 19. Cod. de Testib.* Et si quidem judex ille negligens superiorem habeat, ab eo cogi potest ad executionem faciendam *Gail. lib. I. Obs. 113. n. 15. 16.* Unde hodie plerumque mandata compulsorialia & executorialia cum insertione poenæ decerni solent; Quæ si judex requisitus contemnat, in poenam condemnatur & arctius mandatum dari consuevit, imo in Camera usque ad poenam banni proceditur. *Gail. l. citat.* Pariter si judex requisitus sit extraneus diversi territorii, non potest petitam executionem denegare, quamvis judex requirens, etiam inferioris sit dignitatis ac potestatis, neque enim judicium hominis sed Dei est, cuius vices quilibet Magistratus legitimus in terris gerit, ut ita, non tam persona ac conditio requirentis sed potius justitiæ causa spectari ac reverenter haberi debeat. *Berlich. Part. I. Conclus. 79. num. 17. & seqq.* Quod adeo extendunt interpretes, ut in casu hujus denegatae aut protractæ executionis etiam repressalia admittantur *Stephani Tract. de offic. jud. lib. VI. cap. 8. num. 7.*

## Th. XIIIX.

Verum num *Vasallo* licet a facto judicis feudaloris ejus-  
que excessu executionis provocare? dubium ex eo reddi pos-  
set, quod talis provocatio videatur reverentiae a *Vasallo* feudaloris

C do-

*Licet Va-* domino directo debitæ adversari, ac juramento Vafallagii  
*fallo pro-* obesse, quo famam & honorem domini salvam & incolu-  
*vocare.* mem semper præstare juraverit, juxta II. Fend. 6. & 7. At  
 hoc non obstante Vafallo gravato justa datur provocandi  
 licentia, neque enim juramentum tale aut vinculum ini-  
 quitatis aut præsidium malitiosi executoris esse debet, ut-  
 pote ad quod vis & effectus talis juramenti non pertingit.

Th. XIX.

*An factū* Inprimis vero hic inquirendum est; *An & factū ju-*  
*judicis ec-* dicis ecclesiastici executoris propter excessum ita gravatorium  
*ecclesiastici* esse posit, ut inde appellatio habeatur admisibilis, præser-  
*Executo-* sum in causis matrimonialibus. Certe cum officium judicis  
*ris, pre-* ecclesiastici potissimum in eo versatur, saluti animarum  
*sertim in* consulere, censuram morum agere, & bona disciplina vi-  
*mariimo-* tia mentis corrigere, non videtur in tali correctione ex-  
*nialibus* cessum possè contingere, cum corruptela ingenii hu-  
*mani tanta sit, ut vix severioribus poenis coerceri &*  
*sioni ob-* censura ecclesiastica in corrugendis malis moribus, ac  
*depravatis animis ad culturam Ecclesia reducendis exce-*  
*dere possit.* Verum cum & ipse Magistratus ecclesiasti-  
*eus queat aliquando fines correctionis fraternæ, vel et-*  
*iam gradus admonitionis transilire, & ita per saltum quen-*  
*dam illicitum, extra orbitam disciplinæ ecclesiasticae disce-*  
*dere;* Ideo rete neque a mansuetudine christiani amoris  
*alienum est, illius facta executoria exorbitantia ad co-*  
*gnitionem superioris deferre, ut eidemque de illis ratio-*  
*nes sint reddendæ.* Quanquam enim processus consisto-  
*rialis* sit summarius, ubi apices juris tam stricte non spe-  
*stantur, attamen potest etiam fieri tumultarius, ut vel*  
*præcipitando causas adhuc ad decisionem vel executionem*  
*immaturas, vel alio modo modus excedatur.* Idque po-  
*tissi-*

tissimum in matrimonialibus potest contingere, ut judex ecclesiasticus, aut ex intempestiva quadam misericordia facilis sit ad dissolvendum vel absolvendum, aut etiam nimis rigore vinculo matrimonii praesupposito indulgens, gravamen aliquod inferat. Cum enim juxta receptam Prætorum regulam sententia in matrimonialibus lata non dicatur transire in rem judicatam, si justum aliquod impedimentum allegari possit cap. 7. X. de sent. & re jud. Græven. Conclus. Pract. Lib. I. Conclus. 112. Ideo judex omnino cum summa cautione ac moderatione in hisce casibus debet procedere. Adeoque si forte sententia pro consummatione matrimonii lata fuerit, & postea nova quædam probatio justi impedimenti superveniat, non statim illa rejecta propter auctoritatem judicati, ad copulationem matrimonialem est properandum & nimis favore matrimonii aut lacrymis partium indulgendum, cum præstet causam intactam servare, quam post vulneratam illam sera remedia quererete. Kitzel de Matrim. cap. X. theor. 30. 31. Pariter licet judicatum fuerit super separatione conjugum totali vel partiali, tamen propterea media tentandæ reconciliacionis non omnino sunt abjicienda, si spes quædam etiam post rem judicatam emergat, partes in gratiam redire posse. Ut casus est in can. placuit s. & canon. Ixor. 17. Can. XXII. Quæst. 7. Quod si ergo hisce vel aliis casibus aliquid præpropere a Magistratu ecclesiastico tentatum, aut factum, vel in facienda executione rei judicatae, quæ nullis impedimentis infringi potest, calumniose tergiversatus fuerit judex, certe appellatio a tali facto tam moratorio quam executiali ad superiorem non erit deneganda. Conf. Beust. de Jure Connub. Part. II. cap. 38. 39.

*Casus re-  
fertur.*

Casus hujus decisi notabilis ventilatur in vicinia mea, ubi annullato per sententiam consistorialem matrimonio, quod post sponsalia cum quadam persona anterius celebrata contra ordinationem ecclesiasticam & insinuatas inhibitiones poenales cum & sine clausula contractum fuerat; *executio judicati* per varias remoras & maxime otiosas querelas, quæ plane in instantia executionis non attendi possunt nec debent, in præjudicium triumphantis remoratur. Verum si dicendum quod res est, non debet judex minis aut lacrymis partium commoveri, sed remoto omni affectuum studio, justitiam sine omni προσωποληψίᾳ imperti-ri, ac rejectis denique omnibus frivole interpositis calumniosis interventionibus, quæ solum ad protrahendam executionem & tergiversandam copulationem tendunt, judicatum exequi. Prout late inculcat Ziegler. in *Dicas. cap. 32.* Quod si ergo judex etiam consistorialis in hoc partem alterutram prægravet, & executionem fonticas citra causas in victoris præjudicium & vieti emolummentum temere differat, nullum est dubium, quin non solum eo nomine competentibus remedii ad extremum in jurisdictione perveniendum a superiori non tantum compelli, sed & in factum etiam actione de omni damno per executionis iustam cunctationem parti illato, resarcendo, propitio jure conveniri possit, imo appellatio ad competentem superiorem locum habere debeat, cum integritas judiciorum & maxime ecclesiasticorum tale quid omnino abhorreat, uti persequitur Weber in *Tr. de Consistor. cap. 22.* & pie monet atque urget Brunnem. de *Jur. Eccles. Lib. III. cap. 1.* ibid. Stryck. in *not.* Nam sicut juxta vulgatum solet pronuncia-ri, statuiren und nicht exquiren, heißt nur die Stadt vexieren;

Ita

Ita cum Goeden. & Möller. ad *Constit. Electoral. Part. I.*  
*Constit. 32. n. 1. 2. p. t.* recte dici potest: quod statuta quæ execu-  
 tionē carent, sint frivola, inania & ludicra exercitia ab  
 omni juris fundamento aliena. Ubi enim executio filet, ibi  
 & jurispræcepta silent, quæ sunt, honeste vivere, alterum  
 non lədere, suum cuique tribuere §. penult. *Inst. de Just.*  
 & Jure.

## Th. XXI.

Consideratis personis a quibus appellatio executorialis *Cause ap-*  
*habeatur permissa*, sequuntur ipsæ causæ speciales & casus pellabiles  
 singulares, in quibus appellatio locum invenire queat, si & quidem  
 partes gravatae hoc urgeant, & querelam desuper coram primo re-  
 judge competente moveant. Sunt vero tales in duplice *spectu ju-*  
*relatione*, aut enim respiciunt personam judicis ordinarii, dicitis ordi-  
 qui sua potestate jurisdictionali abutitur ; vel personam narii.  
*meri executoris*, juxta differentiam superius notatam: Prio-  
 rem quod attinet, potest judex ordinarius duplice modo  
 rursus gravare partes, ut inde provocatio ad superiorem  
 licite detur. Primo in executione ex causa judicati non rite  
 decernenda. Secundo, illam legitime non exequendo. Con-  
 stat nimirum ex praxi judiciorum, quod judex sententiam,  
 quæ in rem judicatam transiit, regulariter non ex officio  
 exequatur, sed imploratus demum a parte, qui victoram  
 obtinuit; spectant enim talia plerumque ad jura partium  
 privata, quæ judex non potest supplere, nisi imploratus  
*cap. 2. X. de Offic. jud. antequam igitur executio realiter fiat,*  
 debet præcedere decretum executoriale sive præceptum  
 aliquod & monitorium, cum præfixo termino ad exe-  
 quendum, juxta tradita Brunnem. de *Proc. Civ. cap. XXIX.*  
*num. 22. 23.* Quod si ergo judex id negligat & spatiū ju-  
 dicatis alias concessum præcipitet, terminum sine justa cau-

sa coarctet, aut ad actum quendam executorialem v. gr. immissionem properet, ante prævium tale monitorium; gravat omnino & appellandi locum facit, uti optime decidit Mev. Part. I. dec. 15. Thoennick. *Advoc. prud. in Appellat. Sect. IV. §. 46. num. 199.* Nec obstat l. 2. de re judicata quæ loquitur de singularibus causis. Licet enim inter antiquos jurium interpretes maxime controversa fuerit quæstio; Utrum ab ea sententia appellare licet, qua pronunciatur, sententiam exequendam esse? Siquidem prohibitiō appellationis ab executione, ad illam quoque pronunciationem judicis, tanquam præparatorium executionis pertingit; uti recenset Fachin. *Lib. I. Controv. cap. 74.* Treutler. *Vol. II. Disp. XXXIII. th. 4, ibid. Bachov. in not. lit. H.* Attamen hoc non obstante, recte appellationem admittendam esse, salva veterum juris antisitutum auctoritate statuimus. Ponunt enim illi cum nobis regulam, verum propterea exceptionem non excludunt, quæ in eo utroque casu existit, si modus ac forma in pronunciando aut exequendo a judge excedatur. Conf. Rebuff. *Tr. de Sentent. Execut. Art. VII. Gloss. 12. num. 16.* Mevius Part. VIII. dec. 426. Pari modo a commissione tantum judicis ad exequendum data, appellatio conceditur, si gravamen inde aliquid emergat, & forte tale mandatum per sub & obreptionem impetratum fuerit. Wesenb., *Conf. 100. num. 2.* Rebuff. cit. loc. num. 18. 19.

## Th. XII.

*Si judex Præterea gravat judex, quando non attendit exceptio-*  
*exceptio-*  
*næ, quæ alias adhuc in ipsa execucione ac in termino execu-*  
*tiones com-*  
*tivo locum habent; adeoque tunc justa evenit appellationis*  
*petentes*  
*causa, juxta Mev. Part. I. decis. 145. num. 2. Cœpolla Tr.*  
*non ad-*  
*Cantel. cap. 44.* Sunt autem ejusmodi exceptiones omnes  
*mittat,*  
*illæ*

illæ, quæ contra propriam confessionem, atque contra instrumenta publica aut garantigata opponi possunt, sive concernant ipsam causam debendi v. gr. solutionis SCti Macedoniani, Vellejani &c. sive modum ac finem executionis respiciant, v. gr. exceptio competentiæ, plurimum heredum &c. Siquidem tales ita exceptiones comparatae sunt, ut executionem ipsam, licet jam decretam, impediant, vel saltem minuant. Zoes ad *Dig. tit. de Exceptiōnibus num. 10. 17.* Est vero necesse ut istæ exceptiones sint liquidæ, aut tamen in continenti probari queant, quod testatur quædam specialis Constitutio Electoris Saxonie D. Augusti de contractibus usurariis promulgata anno 1583. sub rubro von wucherlichen Contracten §. Da aber dennoch dergleichen Exceptiones. ibi: Wenn der Debitor dem die Hülffe angekündigt, binnen dem Hülffs-Tag, und also in continenti seine exceptio wieder die Hülffe gnugsam bescheinigt und darthut, so soll die Hülffe nicht vollenstrecket werden &c. Quodsi autem supradictæ exceptiones in continenti liquidari non possint, tunc effectum executionis suspensivum non producunt; verum in reconventionem rejiciuntur, prout disquirit Coler. de *Proc. Execut. Part. IV. cap. 1.* Carpz. L. II. Respons. 6.

## Th. XXIII.

Possunt autem tales exceptiones executionem impediens *Varia spe-  
cies opponi, etiam si in judicium ante non fuerint deduc-  
tæ, cies talium sive illæ per incuriam advocati aut ignorantiam partium exceptio-  
fuerint omisæ, sive demum post judicatum natæ, habent num refe-  
reniam exceptiones peremptoriæ vim quandam privilegia-  
riam, ut etiam post sententiam in ipso executionis actu  
adhuc objici possint, & judex illas respicere debeat. Atque  
eodem singulariter pertinet exceptio (i) *Compensationis*, quip-  
pe quæ speciem solutionis habet, si modo debita requisita  
adfinit*

adsint, & ita judicium executionis omnino tollit, quotiescumque enim a*cōs*t*it*or suum per solutionem veram vel f*act*am recipit, cessat ejus petitio. Meyius Part. II. dec. 308. Pertinet huc (2) exceptio *erroris calculi*, si sit in continenti ex instrumento publico vel alias recognito probabilis. Carpz. lib. II. resp. 2. 3. 4. (3) exceptio *dationis in solutum*, cuivis oblatio sufficenter facta suspendit executionem, istaque non admissa facit appellatio*n* locum. Mey. Part. VI. dec. 154. it. 315. (4) Exceptio *non facta liquidationis* quae præterita gravamen involvit appellabile, siquidem nunquam ex illiquid ad executionem est procedendum, etiam si impetratum fuerit Rescriptum, *ut sine mora* procederetur, sub intelligitur enim omnino tunc tacita Clausula, modo causa fuerit liquida, uti recte monet Mey. Part. IV. dec. 116.

## Th. XXIV.

*Exceptio transacti* Similiter quando pars allegaret transactionem factam post sententiam ac judicatum, & judex eandem negligens tamen ad executionem procedat, appellatio locum habet, juxta tradita Rebuff. Tr. de *s*entent. Execut. Art. VII. gloss. 12. num. 6. fol. 3. modo ista in continenti doceri queat ex instrumento publico aut alio modo Asin. in Proc. Judiciar. Part. I. §. 31. lin. 8. Neque enim condemnato est invidendum quilibet modo licito se se liberare a periculo ac molestia executionis. Et quamvis regulariter post rem judicatam non amplius libera sit transactio, quia res per judicatum fit certa, nec amplius dubia est; attamen potest etiam post judicatum, aliquid emergere, propter quod res & causa in contradictionem incidat, & ita fiat objectum transactionis habile juxta l. 7. princ. l. 11. ff. de transact. Ut proinde talis allegatio a judice executore non possit impune præteriri,

Pari-

Pariter hoc porro procederet; *Quando pars victrix renun- ciasset sententiæ aut judicato, & facta fuerit inter partes no- vatio.* Hæc enim vincula prioris obligationis, & ita etiam causam judicati tollit arg. *I. fin. Cod. de novat.* Sublata vero vi atque effectu judicati executio omnino cessat, uti tex- tus expressus est in *I. 4. §. 4. ff. de re jud.* ibi: *Si ex conven- tione litigantium cautum sit post rem judicatam, ei, cui quis condemnatus est, eveniet ut hic & retendatur, si modo nova- tio intercessit.* Ceterum si non novandi causa factum est ma- nebit ordo executionis. Add. Thœnnick. *Advocat. prudens.*  
*in appellat. Sect. II. §. 12. num. 37.* Eodem præterea perti- net; *Quando post judicatum postulata fuerit restitutio in Exemptio integrum illaque causa adhuc pendeat.* Tunc enim si judex pendens nihilominus vellet executi sententiam, ab eo facto recte ap- *restitutio-* pellatur: *Rebuff. de exec. sent. Art. VII. gloss. XII. n. 8. Afin. nis.*  
*in proc. judiciar. Part. I. §. 31. cap. 18. lim. 11.* Est enim ille communis postulatae restitutionis effectus de Jure Civili, quod illa postulata nihil sit innovandum, sed omnia in suo statu manere debeant, donec controversia finiatur. *I. un.* *Cod. in integr. rest. post. ne qu. nov.* Excipitur secundum Jus Canonicum casus, quando aperte constaret, malitiose pe- titam esse restitutionem differenda tantum executionis, & distrahendi adversarii causa, tali enim casu ad executionem nihilominus potest procedi, præstata ab adversa parte cautio- ne de restituendo si postea impetretur restitutio *cap. scicita- ta 6. X. de refit. in integr.* Struv. *Synt. Civ. Exerc. VIII. th. 19.*

## Th. XXV.

Altera pars officii judicis executorialis consistit in exe- *Grava-* quendo juxta tenorem sententiæ, judicati, ac decreti excu- men per cutivi. Unde tali respectu cum mero executore coincidit, executo- & ita utriusque gravamina, ad unam legum normam pos- rem illa-

D

sunt

tum in-  
genere. sunt examinari. Contingit vero tale gravamen partibus  
facto executoris illatum vel in genere, ita, ut causæ sint  
omnibus executoribus, tum ordinariis tum extraordinariis, commissis ac requisitis judicibus communes, adeoque generaliter ab eodem abstineri debeat, vel in specie certis tantum personis Executorum, ac certis casibus proprium evenit. Quæ omnia ordine considerabimus. Generatim ergo Executor gravare dicitur, ut inde appellatio sit admittenda; Quando modum iudicationis excedit, quod generale axioma tradit l. s. Cod. Quor. Appell. non recip. juxta th. 2. supra. Fit autem talis excessus in genere si Executor dolo egerit, odio vel amicitia victus Asin. Proc. Judicior. Part. I. §. 31. lim. 7. Id quod apparet, quando Executor in exequendo aliquid malitiæ ac injuriæ fecerit, v.g. frangendo ostia præter necessitatem, concidendo res pignori captas &c. a quibus factis injuriosis merito datur ad superiorem provocatio arg. l. 30. Cod. de Appellat.

## Th. XXVI.

*Cause  
gravami-  
num re-  
censentur* Speciales causæ gravaminum communium possunt e-  
venir, (1) ratione ipsius cause in judicium deductæ. Ut enim sententia judicis debet esse libello conformis tam quo-  
ad rem, quam quoad causam petendi, juxta l. 18. ff. comm.  
div. ita quoque executio secundum tenorem judicati fieri  
oportet, Tulden. ad Cod. tit. Quor. appellat. non recip. num.  
4. Quando igitur debitor est alternative condemnatus, ut aut  
rem aut quantitatem præstet, non potest executor simpliciter  
procedere & alterutram rem exequi, ne reo alternative con-  
demnato electionem auferat. Rebuff Tr. de Sentent. Exec-  
cut. Art. VIII. gloss. 14. n. 6. Hujus exempla occurruunt in  
l. 2. Cod. de rescind. vend. ubi venditore falso emptor vel  
pretium suppleat vel rem emptam restituat. cap. 3. X.  
*de*

*de Empt. Vend.* Alterum exemplum singulare est in actione hypothecaria, quæ licet directo competat ad pignus dimittendum, tamen possessor condemnatus in executione adhuc electionem habet an rem retinere velit & litis aspersionem solvere, an vero rem dimittere *l. 2. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* Debet ergo se declarare condemnatus, quid eligere ac facere velit, quod si fecerit, tunc juxta declarationem suam simpliciter h.e. in illud tantum condemnatur, quod obtulit, & tunc facienda execu<sup>tio</sup>, prout explicari debet *l. 10. §. 3. ff. de pignor. & hypoth.* Quod si proinde Executor tale quid non obseruaverit, atque in his, similibusve causis præpostere processerit, facit gravamen & appellatio denegari non potest.

## Th. XXVII.

Fit præterea *excessus ab Executore ratione objecti execu<sup>tio</sup>nis*. v.g. Illud præter necessitatem multiplicando; Quan-ratione do nimirum vigore sententia<sup>e</sup>, executionem deberet face- objecti re in prato, & facit eam in vinea & prato simul, tunc enim execu<sup>tio</sup>-appellatio datur Ferrar. in *Prax. Judicjar. Tit. XXVI. gloss. 4. n. 8. nis* illud Porro si nuncius vel apparitor habeat in mandatis, ut ponat multipli- me in possessionem alicujus rei, & ille me ponat in posse- cando. ssione alterius rei. Ut nota Contard. in *L. un. Cod. de mo-Variando. ment. possess. Limit. 10. n. 2.* Nec interest, sive executor sci-ens prudensque hoc fecerit, sive per errorem, gravamen enim oritur ex facto variationis, non ex scientia vel igno- rantia executoris arg. *l. 18. §. 3. ff. de injur.* Præterea hoc refertur; *Quando in majorem quantitatem quis exequitur, Quantia- quam in sententia definitiva fuit.* Ut adfert Brunnem. ad *L. 5. Cod. Quor. appellat. non recip.* Pariter gravamen con-tingit, si fiat adjudicatio in solutum super rebus majoris pre- tii, quam ipsum est debitum. Habet enim talis adjudicatio

D. 2.

spe-

speciem solutionis, neque debitor in plus tenetur, quam contractus aut condemnatio ac liquidatio creditoris continet Mevius Part. III. dec. 53. n. 6. Similiter peccat executor: *Quando rem majoris pretii vendat pro minimo debito;* debet enim objectum executionis esse proportionatum ad quantitatem debiti. Brunnem. ad l. s. Cod. quor. appell. non Res privi- recip. n. uli. Denique gravat executor: *Quando executionem fecerit in rebus privilegiariis, alias executioni exemptis,* & quæ non nisi in subsidium, deficientibus nimirum aliis bonis pignoris, loco capi possunt, v. g. si in bibliothecam litterati, instrumenta opificis vel agriculturæ, item stipendia ac salario velit executionem facere arrestando vel simili modo, cum tamen alia bona, unde satisfieri possit; supersint Thœnnick. *Advocat. prudens in Appellat. Sect. II. §. 12. n. 37.*

## Th. XXVIII.

Potest denique contingere executionis excessus ratione Excessus forma; Quando Executor Ordine inverso procedit, nec executio- servat modum in l. 15. §. 2. ff. de re judic. a Divo Pio, vel nis ratio- alias juxta observantiam & ordinationem fori præscriptum. ne forma. Ut exemplum refertur, si executor statim dirigat execu- nem in res immobiles, neglectis mobilibus; quod inducit Thœnnick. *Advoc. prud. in Appell. Sect. IV. §. 46. num. 190.* Hoc vero eatenus saltē procedit, quatenus nimirum cer- ta res in judicium fuit deducta, eatenus enim in ipsam il- lam rem facienda executio, qua petitori fuit adjudicata, juxta l. 68. ff. de Rei Vind. Unde si Creditor pignus vel ge- neralē in omnibus bonis, vel plura pignora constituta ha- beat, in arbitrio est creditoris, in quam rem executionem atque immisionem fieri velit, secundum l. Creditoris. 8. ff. de distract. pignor. Carpz. Proc. Tit. XX. Art. 2. num. 1. & seqq.

Eo-

Eodem pertinet; Quando Creditori pignus addicitur sine prævia taxa, solet enim plerumque valor pignoris quantitatem debiti excedere, ut proinde omista debita taxatione pignoris adjudicandi, per peritos rerum aestimatores facienda, facile gravamen debitori queat contingere, ac inde appellatio locum habere, juxta Mev. Part. III. dec. 53. Verum an idem procedat, si pignora ex causa judicati capta a creditore vel judice vendantur, controversum est. Certe de jure communi, tali casu aestimatione non opus esse, verum rem subhastationis ac licitationis fortunæ committi, asserit ac contendit Posthius de *Subhastat.* Inspec. XLVII. At vero contrarium liquido docet l. 10. de rescind. Vend. & recte defenditur a Philipp. Tr. de *Subhastat.* Cap. III. Comm. 3. n. 2. & seqq. ubi plures allegat.

## Th. XXIX.

Ex persona & facto Executoris in specie nascitur gravamen appellationis ex variis rursus causis, quarum quasdam *Cause personam* recensebimus, ut ex his de reliquis non speciatim enumera-  
randis fieri possit judicium. Sunt enim exempla & casus *meri Executoris* excessiva talis executionis fere infiniti, ut omnes compre-  
hendere ac debita tractatione explanare non liceat, aut *nentes in* certe ultra metam Disputationis procedat. Si quidem recte *specie.*  
concludit Scaccias de *Appellat.* Ques. XVII. Lim. X. num. 30.  
Quod excessus in executione tot modis possit intervenire,  
quot modis aliquid dici potest plus. Concedunt nimirum  
appellationem. Quando exceptio recusationis contra datum *Executor Executorem,* v. gr. *Commissarium,* opponitur, & executor ni-  
hilominus pendente tali causa & dum disputatur de potestate procedens  
exequendi, tamen ad executionem processerit. Quem casum  
tradit Ruginell. de *Appellat* §. 2. cap. 2. num. 64. Sicuti enim  
parti liberum est, judicem ordinarium ex iusta allegata &

D 3

pro-

probata causa recusare ; ita pari modo recusationis exceptio contra Commissarium datum ad exequendum manet libera , si modo justa sit. Licet enim communiter Interpretes tradant ; *Ab Executore, quanquam suspecto appellari non posse* per cap. novit. 43. X. de Appellat. Stryck. *Introduct. ad Prax.* Cap. ult. §. ult. & quidem ex illa potissimum ratione, quod ipse non propriam sed committentem personam repræsentet , ejusque jurisdictionem exerceat , & porro , quia præscriptum a judice ordinario modum habeat , quem si sequatur , ipse non gravet , quum obsequii necessitas excusat , sed judex committens , ad cuius superiorem proinde juxta Leges Civiles foret recurrentum ; Attamen hoc casu non de Appellatione a facto executionis , nec de gravamine actu per executionem illato agitur , in quem finem dictum capitulum & dictæ rationes concludunt ; Verum quæritur saltem de *præcavendo futuro gravamine*, quod ex suspecto executore dato imminet parti , ad quod anteverendum recusationis exceptio , contra personam tantum executoris & contra potestatem ejus executoriam proponitur , quod parti denegandum non est. Zanger de Except. Part. II. cap. 4. Eademque procedunt non tantum in eo executore , qui jurisdictionem nullam habet propriam , verum etiam in eo , qui jurisdictioni alias præest , veluti est judex requisitus , vel extraneus , per litteras subsidaliter requisitus , vel judex inferior , ad quem executio sententiae a judice appellationis est remissa , vel cui alias a superiori commissa fuit , per mandata executorialia , executio. Marant. de Ordin. Judiciar. Part. VI. tit. de Appellat. num. 61. Nec tamen datus ille executor ipse potest de causa recusationis sua cognoscere , verum vel cognitio ad superiorem devolvitur , vel aliis Commissarius delegari solet juxta l. 16.

Cod.

Cod. de Judic. verb. execuatore necessitatem. Zœf. ad tit. de  
Judic. num. 96. 97. 98.

### Th. XXX.

Peccat porro Executor, si mandatum executionis petenti exhibere nolit; & tamen procedat, tunc enim justa datur mandatum appellatio, atque executio interim suspensa; maneat. De non exhibet enim executor datus juxta formam dationis procedere bens, quam proinde si executor petenti edere nolit, facit omnino se suspectum, eundem tali forma commissionis destitui, adeoque gravat. l. 5. Cod. de Jur. Fisc. Wesenbec. Cons. 100. n. 2. 3. Pertinet nimurum talis forma commissorialis ad legitimandam personam executoris demandati, adeoque etiam plerumque citationi a commissario factæ quoad copiam solet inseri, cum promisso de originali in termino producendo. Stryck. Introduc. ad Prax. cap. 2. §. 15. Ruland. de Commiss. part. I. lib. V. cap. 3. num. 7.

### Th. XXXI.

In primis vero excessus circa modum executionis fieri potest ab executore, qui sententiam judicis male interpretatus fuerit; & inde secundum sinistram talem interpretationem tendat ad executionem procedere, ubi justa datur appellatio, id quod diserte dicit JCTus in l. 4. ff. de appellat. ibi: Ab executor sententia appellare non licet, sed ab eo qui sententiam male interpretari dicitur, appellare licet, si tamen is interpretandi potestatem habeat, veluti Praeses Provincie aut Procurator Cœsaris, ita tamen, ut in causis appellacionis reddendis hoc solum queratur, an jure interpretatum sit, id que etiam D. Antoninus rescripsit. Exemplum hujus refert. Ferrar. in Prax. tit. 26. gloss. 4. num. 10. Quando sententia condemnatoria concepta fuerit de ducatis monetae currentis, & executor vellat eandem de speciebus intelligere, & sic

in maiorem summam executionem porrigeret, quam tenor sententiae esset. Cum igitur per ejusmodi malam ac sinistram interpretationem gravamen tale emergeat, quod antea judicato non combinatur, sed potius tanquam novum aliquod superveniret, utique non obstante judicato, imo salva judicati auctoritate, cum potius per istam contrariatur, appellatio gravati admitti debet Mev. Part. III. decif. 264. Parim modo si judex superior inferiori Magistratui per mandatum *Executoriale* executionem quandam injunxerit, quibus jus commune laedi videbatur; ita interpretatio talis Rescripti a *judice demandato* est facienda, ut quam minime a jure communi recedat. Unde si judex inferior externum saltem verborum corticem sequi vellet, & contra jus atque fas executionem facere, possit a tali facto tanquam ab *indiscreta appellatione* recte provocari, uti monet Mev. Part. V. decif. 73. Add. Marant. de Ord. Judiciar. Disp. I. Nec tantum parti gravatae per appellationsis medium succurritur; verum etiam executor ipse, quando injuriam alteri fieri deprehendit, debet ab executione abstinere, & partibus intacta servare jura, atque rem ad mandantem referre, uti optime notat Mevius Part. I. decif. 143.

## Th. XXXII.

*Executor* Transgreditur porro Executor limites officii sui, ac partes gravamen facit; *Quando nimis audaciter partes illiciti cognitoris gnitoris sibi sumit*, uti bene advertit Brunnem. in Proc. Civ. cap. 28. *sibi arrogum. 15.* Sunt vero tunc duo distinguendi casus: *Primo* quando executor intendit cognoscere super negotio & sententia principali & super exceptionibus illuc spectantibus. *Atque de talibus Executor non potest cognoscere, aut illas novo quodam processu discutere, juxta l. o. & l. pen. Cod. de Execut. rei jud.* Unde quando Executor hoc attentaverit

rit forte ex aviditate sportularum, sive quod ex alia causa remoras executioni injicere velit, gravamen fieret, & appellatio foret concedenda. Contard. ad *L. Un. Cod. de moment. possess. Limit. XIX. num. 11.* Foret enim contra fidem & auctoritatem judiciorum ac judicati, talem cognitionem de novo concedere, aut retractare sententiam, semel iudicio legis ac partium tacite confirmatam arg. *l. 25. ff. de Stat. hom.* alioquin multa judicia optimorum judicum ex studio partium, odio vel amicitia vel alio affectu possent subverti & vis justitiae enervari. Quod multo magis circa judicem inferiorem, ad exequendum commissum, procederet, huic enim non convenit decreta superiorum rescindere *l. 18. pr. ff. de minor. l. 1. §. penult. ff. de Appellat.*

Th. XXXIII.

*Secundo exceptio opposita non tangit ipsam causam principalem aut sententiam, quæ in rem judicatam transiit, verum tantum ordinem & modum facienda executionis.* Et tunc, licet quidam Ddres generaliter concludere videantur, posse executorem de talibus exceptionibus in termino executive oppositis cognoscere, prout videre est apud Asin. in *Proc. Judiciar. Part. I. §. 31. cap. 19.* Attamen ut eo accuratius procedatur, res distinctim erit consideranda, & quatuor rursus discernendi erunt casus. Aut enim (1) *Quæstio est de judice extraneo requisito*, atque illo, qui *coordinata* cum judge requirente jurisdictionem justam exercet, sub cuius nimirum jurisdictione immediata res aut persona in quam fieri debet executio, est constituta; Hic certe liberius aliquod judicium habere videtur, cum ejus simul inter sit imo officii ejus sit, hominibus suæ jurisdictionis maxime prospicere, ne illis injuria quedam vel ex iniqua sententia, aut ex ejusdem executione contingat, maxime

Exceptiones contra executionem opposita.

E

cum

cum ob commissam potestatem cognoscendi habeat per se ordinariam potestatem judicariam & facultatem cognoscendi aliis in causis ad se delatis. Verum hoc non obstante, judex talis requisitus sententiam ipsam quæ semel consensu partium est approbata, ac in rem judicatam transit, sua cognitione rursus attriccare non potest, aut intervertere; Atque ad enodandam superiorum thesin, adhuc distinguendum; Aut exceptio oppositum simul concernit causam, ut est exceptio nullitatis falsorum instrumentorum &c. Has talis executor requisitus audire quidem, & eatenus admittere debet, ut executionem sistat, donec ea de re legitime cognitum; Nec tamen ipse super iis pronunciare potest. Verum si tales opponantur, & executor illas probabiles deprehendat, v. g. si nullitas non inevidenter appareat, causam ad pleniorum discussionem remittere debet ad priorem judicem requirentem & abstinere ab executione. Quorum referri omnino potest l. 75. ff. de judic. ibi: Si Praetor jusserrit cum, a quo debitum petebatur, adesse, & ordine Edictorum peracto pronunciaverit, absentem debere, non utique judex, qui de judicato cognoscit, debet de Praetoris sententia cognoscere, alioquin iusoria erunt hujusmodi Edicta & Decreta Praetoris. Marcellus notat; si per dolum sciens falso aliquid allegavit, & hoc modo consecutum cum sententia Praetoris liquido fuerit adprobatum, existimo, debere judicem querelam rei admittere. Sin vero exceptiones frivole oppositas fuisse statim primo intuitu appareat, illis non attentis exequi potest & debet sententiam judicis requirentis, juxta l. 2. Cod. ad Leg. Corn. de fals. Myns. Cent. III. Obs. 69. Aut vero exceptio a parte opposita, ita est comparata, ut non fundamentum ipsius causæ ac sententiam tangat, sed tantum medium ac formam executionis rejiciat; de hac ju-

judex requisitus ad exequendum recte ipse cognoscit, atque pronunciat. Judex enim requirens tantum requirit exequi sententiam a se dictam, modum vero ac formam præscribere non potest, quam arbitrio justitiae judicis requisiti debet committere, adeoque exceptio contra tale factum opposita, non pertinet ad judicem requirentem, cuius gestum non est, sed factum judicis executoris proprium concernit, atque ipse de facto suo respondere & illud vel corrigere per decretum, vel superioris decisioni deferre & provocationem a gravato factam admittere debet. Menoch. de Arbitr. Jud. Quæst. Lib. 1. Cap. 38.

## Th. XXXIV.

*Aut (2) Judex est inferior, cui per mandatum su-*  
*periorum executoriale injungitur executio, juxta tenorem*  
*sententiae facienda?* Hic certe cognitionem aliquam su-  
*per quacunque exceptione opposita sibi arrogare non po-*  
*test, quia nudum executionis ministerium præstat, & for-*  
*mam a superiori præscriptam observare tenetur; Verum*  
*si forte iniquitas quedam emergat, Relatione facta execu-*  
*tionem interim suspendit, quo pertinet cap. de cætero s. X.*  
*de sentent. & re jud. ibi: Quodsi sententiam a nobis latam*  
*principimus per aliquem executioni mandari, & fraus inter-*  
*venerit, non est facultas executori de toto negotio cognoscen-*  
*di, sed deferri questiones, que inciderint, ad Sedem Aposto-*  
*licam oportebit. Add. Brunnem. de Process. civ. cap. 29. num. Minister*  
*10. & seqq. Idem (3) judicandum est de mero executori ac mi-*  
*nistro executionis, cui parendi tantum obsequium est reli-*  
*nis.*

etum, & nulla jurisdictione instructus est, adeoque plane nullam cognitionem sibi vindicare potest, sed præscriptos tantum fines observare, quod si excesserit suo facto, provocatio & correctio ad superiorem dirigitur.

## E 2

## Th. XXXV.

## Th. XXXV.

*Quid ju-* Denique (4) inquirendum est; *Quid juris habeat commis-*  
*ris habeat missarius ad exequendum datus.* Tales enim commissiones  
*commissa* frequenter fieri, quotidiana Praxis evincit. Et superius jam  
*rius ad* explanatum fuit in th. VII. quousque talis de exceptionibus  
*exequen-* in executione objectis queat cognoscere. Quibus tantum  
*dū datus.* adjiciendus est textus in *l. pen. ff. de Confess.* ubi arbiter ad  
*exequendum datus de causa executionis commissæ nequit*  
*cognoscere, sed illam ad committentem remittere tene-*  
*tur, de vi tamen & effectu executionis, quatenus illa ad*  
*effectum sententia obtinendum sufficiat, inquirit Scaccias*  
*de Appellat. Quæst. XVII. Limit. 10. num. 37. & seqq.*

## Th. XXXVI.

*Queri-* Denique illustrationis causa hic subnecenda est Quæ-  
*tur. Quo-* stio; Quomodo procedendum sit, quando *judex summus,*  
*modo pro-* qui *superiorem in terris non recognoscit gravamen in exequen-*  
*cedendū* *do inferat?* Ubi bene advertendum, an summum Principi-  
*quando* pis ministerium tale gravamen fecerit, & certe per litteras  
*judex* supplices res ad immediatas Principis manus ac notitiam  
*summus* erit deferenda, ab eodemque expetendum erit auxilium;  
*grava-* Sin vero ipse Princeps, contra consilium Prudentum Mi-  
*men in-*nistrorum malis forte affectibus præoccupatus, tale quid  
*fert.* ingerat, dubitandum non est, quin per hoc officium bo-  
*ni* Principis graviter lœdat. Subdito vero gravato varie  
*succurrentum.* Aut enim Princeps in Tyrannum penitus  
*degenerat*, & communiter subditis justitiam denegat o-  
*mnia arbitrio quodam despoticō tractans, & tunc illa con-*  
*filia sequenda, quæ moralistæ contra Tyrannos tradunt,*  
*conf. Grot. de Jure B. & P. Lib. I. cap. IV. §. 7. & seqq.* Nec  
*tamen Princeps statim pro tyranno habendus est, qui u-*  
*num vel alterum subditum lœdit, eidemque jus debitum*  
*de-*

detrahit, sed tali casu ferendum magis ejus imperium atque Deo ac tempori patienter remedium & auxilium est committendum, neque enim ob actum quendam tyrannicum statim quis Princeps esse desinit, aut subditi nexus solvitur Grot. d. l. Lib. II. cap. 1. §. 9. num. 2. Quod si vero *Potestas Principis* imperium non penitus liberum ac illimitatum sit, *Principis verum per leges imperii fundamentales, litteras Reversa-restricta.* les cum statibus atque Ordinibus imperii vel Provinciæ initias sit restrictum. Tunc utique ad comitia ordinum erit provocandum gravato, ibidemque res contra principem discutienda, modo gravamen notiorum atque apertum sit, & omnia antea media penes Principem tentata fuerint, impetrandi justum & æquum. Sin vero hæc omnia non proficiant, ad consilium Regni ac Procerum sive Statuum causa devolvenda. Atque in hunc finem in nonnullis regnis ac Provinciis receptum est, ut, quæstione quadam Principis cum subdito incidente, vel judicia ac tribunalia summa Aulica ac Provincialia *Land- und Hof-Gerichte* habeantur constituta, quibus & quorum deciso se ipse Princeps per reversales subjecit; Vel ad Comitia Imperii ac Provincialia causa devolvitur; Vel Arbitria ac Arbitratores Provinciales vel Pares Curiæ feudales &c. habentur constituti; vel ad Parlamenta causa spectat, prout exempla Regnorum ac Imperii nostri abunde declarant. conf. Knichen. de Saxon. non Provoc. Jur. Cap. I. & seqq. Mod. Pistor. Part. II. Quest. 60. & seqq. Pariter in judiciis *Etiam re-Electoralibus Statuum, qui privilegium de non appellando stringitur* habent, aut aliis Dycasteriis Principum, ac Civitatum qui *Privilegi pari jure ex singulari concessione gaudent; Utī est revē-um de non rendissimum Consistorium nostrum Hildesianum vulgo appellandas Chur-Cölnische Stift-Hildesheimische Land-Consistorium de Statuū,*

*Electora-* Augustanae Confessionis, hoc procedit; Utsi forte contin-  
*lum Di-* geret, excessum quandam in exequendo quacunque ratio-  
*casterio-* ne ibidem obvenire, non potest denegari parti gravatae,  
*rum, Prin-* quo minus ex capite denegatae aut protractae justitiae graci-  
*pum, Ci-* vamen ad superiorem competentem deferre queat, si quivitatum,  
*& Consi-* dem privilegium de non appellando, remedium illud non  
*storianorū,* excludit, uti concors est Ddru m sententia, juxta Textum  
*aureæ Bullæ Cap. XI. §. 4. & Ordin. Camer. Part. II. tit. 1. §. 2.*  
*& tit. 26. §. 1. Add. Gail. Lib. I. Obs. 28. Minsing. L. 2. Obs. 82.*  
*Myler. in Addit. ad Rumelin. Part. II. Dissert. II. ad A. B. th. 13.*

Th. XXXVII.

*Quis ap-  
pellat.*

Potest a tali excessu appellare quilibet gravatus etiam Procurator nomine principalis, modo speciali mandato ad appellandum fuerit instructus Rebuff. Tr. de sentent. Execut. Art. VII. gloss. 13. num. 8. 9. Pater & Mater pro filio & vice versa juxta l. 2. §. 2. ff. de Appellat. recipiend. vel non. ibi: Sed & cum mater filii rem sententia eversam animadverteret, provocaverit, pietati dans, dicendum est, & hanc audiri debere, & si litem preparandam curare maluerit, intercedere non videtur, licet initio defendere non potest: Imo ab excessu appellare potest tutor vel curator, nomine pupilli vel minoris l. 17. §. 1. & l. 27. ff. de Appellationibus & relationibus modo his intersit. Atque adeo permissa est ab excessu executionis appellatio, ut etiam ille appellare possit, qui *appellationi renunciavit & juravit non appellare*, uti notat Contard. ad Leg. Un. de moment. possess. Lim. XIX. num. 2. Quanquam enim inter Clausulas Compromissi, quod quoad modum procedendi inter partes coram judice ordinario Jure Canonico fieri potest, & illa queat contineti, quod partes invicem compromittant, seflare yelle judicis sententia, & remota appellatione judicis judi-

judicato acquiescere, juxta cap. 5. 7. 10. X. de Arbitr. Attamen hoc non obstante provocatio non erit ademita, neque enim vinculum juramenti ad ea potuit extendi, quæ non jure, sed facto executoris iniquo contingunt. Nec obstat l. 27. §. 2. ff. de Recept. Arbitr. ubi dicitur, valere pactum, se stare velle laudo arbitri sive æquum sive iniquum fuerit, cum partes sibi imputare debeant, quod tali fortunæ arbitrio se commiserint. Verum hic dispar est ratio, pactum enim appellationis renunciativum in compromissio coram judice factum, non executionem judicati ejusque excessum, verum sententiam tantum sive laudum judicis respicit, & ita ultra operari nequit, aut vinculum aliquod iniquitatis existere. Notabile etiam & hoc. Quod licet quis consentiat sententiæ, tamen non intelligitur consentire excessui, modi vel formæ in exequendo, siquidem in excessu cessat omnis vis rei judicatae & omnis obligatio executiva. Thoenick. *Advocat. prud. in Appellat. Sect. II. §. 12. num. 37.*

## Th. XXXVIII.

Nec tantum ille a tali excessu appellare potest, contra *Anterius* quem executio principaliter est decreta, verum etiam *Ter. appellare tius* pro suo interesse *interveniens*, ejusque appellatio etiam *queat ab executionem contra condemnatum suspendit aut corri-excessu*.  
git, si modo suum interesse legitime doceat ac persequatur, & currit eidem fatale appellationis a tempore notitiæ, quando rescivit sibi gravamen esse illatum Faber. in *Cod. Tit. de Appellat. def. 27.* Nec tantum in possessorio verum etiam in petitorio talem appellationem tertii intervenientis in casu excessivæ executionis attendi debere tradit *Wesenb. Conf. 100. num. 12. & seqq.* Casus contingere posset, quando creditori anteriori pro minori quantitate debiti, res majoris pretii, in *præjudicium* sequentis creditoris adjudicaretur,

auf

aut si fatalia subhastationis coarctentur, ut ita minor licitatio fieret, & sic porro.

### Th. XXXIX.

*Forma*  
*hujus appellationis facienda.* Non tamen statim a facto Executoris est appellandum, verum prius exceptio proponi debet & si talem non admittat executor, nec corrigat propositum, tunc appellatio est suscipienda arg. l. r. §. 1. ff. Quand. appell. Ut nimis & honor executori servetur, & superior molestia supercedere possit, si executor ipse gravamen tollat. Rebuff. Tr. de Sentent. Execut. Artic. VII. gloss. 12. num. 2. Habetur vero talis appellatio ab executione, tanquam appellatio a sententia interlocutoria. Adeoque de Jure Civili ille modus observari debet, qui obtinet a sententiis interlocutoriis Ferrar. Prax. Judiciar. Tit. XXVI. gloss. 4. num. 9.

### Th. XL.

*Causa* in qua excesserit executor nominatim exprimere. Unde generalis allegatio excessus non sufficit Rebuff. Tr. de Sentent. num scri. Execut. Art. VII. glos. 12. num. 12. Eandem porro in scriptis ptiis expofieri debere, adeo ut appellatio *viva voce* facta, nulliter nenda. facta censeatur, juxta usum fori imperialis communem receptum esse testatur Mynsing. Cent. III. Obs. 32. Id quod tamen in foris Statuum particularibus ex observantia cuiusvis judicii estimari debet. Nec porro opus est ad retractionem excessivae executionis ordinario appellationis processu, sed per mandatum, veluti in re illicita, expediri potest, ita ut ad querelas gravati exhibitas, fiat illarum communicatio cum injuncto eventuali, ut si preces veritate nitantur excessum corrigat, & inique ablata restituat. Mev. Part. III. dec. 108. Et possunt etiam eo nomine mandata sine clausula a superiori decerni, si forte irreparabile, vel aliud insigne damnum immineat.

### Th. XLI.

## Th. XLI.

Verum quæritur; Ad quos appellatio sit dirigenda in casibus istis excessivis? Respondetur, distinguendum est inter personam Executoris. Est enim ille vel *nudus executor, ab excessu cui tanquam ministro suo judex executionem demandat.* Vel est *judex in subsidium ad exequendum requisitus.* Priori *genda, si* casu merus ille executor, sive commissarius sit ad exequendum specialiter datus, sive apparitor tantum judicii, aut auctum executorialem gravatorum expedit ex speciali *merus* *Executor* *man-* *gravet.*

*Ad quem*  
*appellatio*  
*sit diri-*  
*genda, si*  
*merus*  
*Executor*  
*man-*  
*gravet.*

formam executionis facienda eidem prescrifit, tunc juxta communem regulam, actus *non exequenti, sed ordinanti imputari debet,* secundum tradita Lyncker. Vol. I. Reff. 80. num. 5. adeoque non ad committentem sed ad committentis superiori facienda est provocatio, habet enim tunc se executor tanquam nudum instrumentum alieni arbitrii ac potestatis. Aut vero executor talis *preter mandatum* quidquam facit, unde alter se grayatum sentit; atque tunc non ad alium, quam ad committentem a tali exorbitantia provocatur, per vulgatam juris regulam, quod a delegato debeat ad delegantem appellari eo casu, si non tota jurisdictione sed pars tantum commissa fuerit cap. 3. de Offic. ac potest. deleg. in 6to. Gail. Lib. I. Obs. 121. num. 2. Id quod ulterius diserte tradit cap. 7. de Offic. & potest. jud. deleg. in 6to. verb. *Ad eum quoque qui vices suas committit, donec revocet, vel qui executionem sententia tantum aut quidquid aliud de jurisdictione sibi reservat, non ad delegantem primum appellari debeat, etiam si post sententiam fuerit appellandum.* Per hunc nimirum textum gradus certi appellationum constituuntur, ita ut prius ille, qui vices suas expediendas commisit, adeundus, & de remedio ferendo im-

F

plo-

plorandus sit, deinde provocatio fieri debeat ad *primus delegantem*, a quo ipse committens suam jurisdictionem habet delegatam, adeo ut ad primum istum delegantem non antea appellari debeat, donec intermedius ille committens fuerit provocatus, ne scilicet alias appellatio quasi per saltum facta videatur, ac ita non habeatur admissibilis. Nec obstat *l. i. §. 1. ff.* *Quis & a quo appell.* restringunt enim hunc textum ad universitatem jurisdictionis mandatam, qualem iustitiarii Nobilium ac Baronum exercere dicuntur. Brunnem. ad *ad d. l. c. Dig. num. 1.*

## Th. XLII.

*Quid si  
judex re-  
quisitus  
gravamen infe-  
rat.*

Quod si vero judex ad exequendum requisitus gravamen inferat, tunc quoad appellationem dirigendam est etiam distinguendum, vel executionis gravamen oritur ex praescripto judicis requirentis, & ad ejus superiorem provocatio fieri debet, tali enim casu ille, qui executionem gravatoriam desiderat, non qui desideranti manus porrigit, gravamen infert, ac proinde ad istius gravantis superiorem provocatio est instituenda Rebuff. *Tr. de Execut. sent. Art. VII. gloss. 13. n. 4.* Sin autem Magistratus requisitus autor gravaminis existat; iterum distinctio notanda; aut talis requisitus judex subest requirenti; aut jurisdictionem ejus non agnoscit. Priori casu ad superius judicium provocatio statim ac querela defertur; ita ut praeterito judice requirente immediato, ad supremum forum causa juxta Praxin Cameralem devolvatur, teste Mevio *Part. VIII. dec. 87. num. 4.* Posteriori casu appellatio ad illum tendit, qui est judicis illius gravantis superior, ita tamen, ut ex eo, non fiat praeciducium jurisdictioni ejus, qui sententiam tulit. *Mev. l. cit. num. 5. 6.*

## Th. XLIII.

## Th. XLIII.

Circa effectum hujus appellationis interpositæ est distinguendum; aut ab ipso *decreto executionis* est appellatum; aut tantum a *facto atque excessu executoris*. Primo casu omnis executio suspenditur, donec de exceptione opposita legitime fuerit cognitum, est enim illarum exceptio-  
num, quæ in termino executivo adhuc opponi possunt, ea vis, ut perimere queant, adeoque & suspendere execu-  
tionem, alias, post probatas tales exceptiones, retractabi-  
lem, ut ita præstet totam causam intactam servare, quam  
post illam vulneratam remedia querere. Talis est exce-  
ptio solutionis, compensationis & similis, modo tamen ea-  
dem exceptio in continenti probari queat, alias enim hunc  
effectum non producit, sed in reconventionem, ut vocant,  
rejicitur. Martin. ad *Constitut. Elect. Saxon. Part. I. Constit.*  
*32. Dissert. 10. not. 29.* Posteriori casu executio ipsa non tol-  
litur, sed causa, quoad illud ipsum punctum ad superiorum  
devolvitur, in quo excessus factus allegatur. adeoque tunc  
in cognitione superioris nihil aliter agitur, quam ut ipse  
excessus inquiratur, probetur, ac corrigatur, in reliquis  
vero punctis vis atque efficacia decreti executorialis ma-  
net salva atque integra. Conf. Trentacinq. lib. II. Variar.  
*Resolut. 12. num. 1. & seqq.*

Effectus  
appellati-  
onis inter-  
posita.

## Th. XLIV.

Habet præterea appellatio a *Decreto executoriali* inter-  
posita, hunc effectum, ut si ipse executor appellatione non *ri an ju-*  
*obstante, tamen vellet sententiam de facto exequi, licitum sit licet*  
*sit eidem propria auctoritate resistere, juxta l. s. Cod. de resistere.*  
*Jur. Fisci. Ferrar. Prax. Judiciar. Tit. XXVI. gloss. 4. §. 9. sine*  
*differentia, an merus an mixtus sit executor, siquidem ta-*  
*lis limites commissionis ac jurisdictionis sua excedens in-*

star privati habetur, cuius vis illata contraria vi potest repellere l. 3. ff. de J. & J.

## Th. XLV.

Res ac  
fructus  
judicati  
seque-  
strandi.

Quanquam vero postulato appellationis beneficio, executio intentata plenum effectum habere non possit; Attamen ne judicatum suo vigore destituantur, singulariter provisum est, ut pendente licet appellatione, tamen interim ad sequestrationem procedi queat, ad conservandam nimirum rei judicatae auctoritatem, & ne forte per frustratorias appellationis remoras actio fiat in eventu inanis, ita nimirum, ut si res mobilis fuerit, quæ per sententiam fuit adjudicata, illa sit penes tertium tamdiu deponenda, donec causæ appellationis sint redditæ, eademque lite finita victori sit restituenda. Sin vero quæstio de re immobili sit mota, tunc fructus illius interim debent sequestrari, donec de eventu appellationis constiterit. Ut sunt clara verba Constitutionis Imperatoriaæ in l. 5. Cod. Quor. Appell. non recip. ibi: *A quo executore si fuerit appellatum, executione suspensa decernendum putamus, ut, si res mobilis est, ad quam resitueneam executoris opera fuerit indulta, appellatione suscepta, possessori res eadem detrahatur; & sequestro idoneo collectur, reddenda ei parti, pro qua sacer cognitor judicaverit.* Quod si de possessione vel de fundis executio cessaverit, & eam suspendere provocatio, fructus omnes qui tempore provocacionis capti, vel postea nati erunt, in deposito collocentur, jure fundi penes eum qui appellaverit constituto. Cujus decisio extat in l. 21. §. 3. ff. de appellat. verb. *Quamvis usitatum non sit, post appellationem fructus agri, de quo disceptatio fit, deponi, tamen cum popularentur ab adversario, equum sibi videri, fructus apud sequestrum deponi.* Licet enim alias pendente appellatione nihil sit innovandum,

atta-

attamen ratio hujus decisi justificans in eo versatur, quod actor, qui sententiam obtinuit, & victoriam reportavit, non tantum præsumptionem pro se habeat, verum etiam jus quoddam ex sententia acquisitum, cuius respectu iudex haud immerito ad executionem processit. Neque enim super meritis causæ principalis, sed tantum super modo & excessu executionis appellatio est interjecta. Herold. *Observ. Singul. ad Process. cap. 29. th. 11.* Gail. Lib. I. Obs. 147. num. 8.

## Th. XLVI.

Nec tamen per talem appellationem nimis longinquæ *An appelle-*  
remora executioni est adferenda; Unde ab eodem excessus articulo non plus verum *semel* tantum appellari potest. *Excessu sit Rebuff. Tr. de Sent. Execut. Art. VII. gloss. 12. num. 22.* Ne reiterabitur, scilicet alias processus in infinitum protrahatur. Quod si *lis*, vero ab executore gravamina reiterentur aut multiplicentur, dubium non est, quin a gravamine novo succedente, nova quoque detur appellatio.

## Th. XLVII.

Nec tantum gravamen illatum per appellationem retractare permisum est; Verum etiam *Executor dolo quid admittens, actione potest pulsari.* Ut diserte tradit *l. 3. §. 8. ff. de negot. gest. verb.* Si executor a *Pretore in negotio meo datus, dolum mihi fecerit, dabitur mihi adversus eum actio.* Quando forte executor viliori pretio rem projecerit, ac pignora capita inique ad injuriam debitoris distraxerit, prout notat *l. 50. ff. de Evictionib.* ibi: *Si pignora veneant per apparitores Praetoris extra ordinem sententias sequentes, nemo unquam dixit, dandam in eos actionem re evicta, sed qui dolo rem viliori pretio projecerunt, tum de dolo actio datur adversus eos dominorei.* Add. *Rebuff. Tr. de Sentent. Execut. Art. VII. gloss. 12. n. 4.*

F 3

Th. XLVIII.

## Th. XLVIII.

*An execu-* Præterea quæritur; Quando gravamen appellationis  
*tio propter fundatum appareat, anne tunc in totum revocari debeat*  
*excessum executio, an vero tantum pro ea parte, qua excessus est factus?*  
*in totum Affirmatur posterius, uti constat ex l. fin. §. 3. ff. quod met.*  
*revocetur caus. ibid. Si quis quod adversario non debebat, delegante eo.*  
*per vim, apparitione Praesidis interveniente, sine notione judi-*  
*cis coactus est dare, iudex inciviliter extorta restitui ab eo, qui*  
*rei damnum praestiterit, jubeat. Quod si debitis satisfecit sim-*  
*plici jussione, & non cognitione habita; quamvis non extra*  
*ordinem exactionem fieri, sed civiliter oportuit, tamen qua*  
*solutioni debitaram ab eo quantitatum profecerunt, revocare*  
*incivile est. Est nimurum hic appellationis communis effe-*  
*tus, quod in judicio appellationis iudex non corrigat sen-*  
*tentiā prioris judicis ultra gravamen, de cætero illa sub-*  
*sistet, neque enim ulterius iurisdictio devolvitur, & utile*  
*per inutile vitiari non debet, teste Mev. Part. III. dec. 108.*

## Th. XLIX.

*An a pro-* Ulterius quæritur; an etiam ab illa sententia appellari  
*nuncia-* possit, qua iudex pronunciavit, executionem esse revocandam?  
*tione su-* Affirmat quidem Marc. Ant. de Amatis in Decis. Rot. March.  
*per exces-* dec. 85. Verum hoc ita intelligendum est; Ut iudex, non  
*su appel-* obstante tali appellatione auctoris, possit pronunciationem  
*lari queat* exequi, & v. g. cogere creditorem, ut pignora contra ju-  
*ris ordinem addicta debitori restituat, ita tamen ut postea  
 eis petitio salva maneat, ad illa pignora justo servato  
 juris ordine, recuperanda; Ut monet Parlador. Rer. Quo-  
 tid. Lib. II. cap. fin. part. 5. §. 15. num. 4.*

## Th. L.

*Quar-* Quæritur denique; An debitor tali excedentii executori  
*sur. An solvens liberetur? v. g. si executor datus fuerit faltem ad*  
*ven-*

vendendum, verum iste ultra progressus etiam pretium ab *solvens*  
 emtore receperit. Id quod affirmatur, si modo emtor bo- *debitor li-*  
*na fide hoc fecerit, ignorans restrictum illud executoris beretur.*  
 mandatum, aut si non facile scire potuerit Rebuff. *Tr. de*  
*sent. Execut. Art. VII. gloss. 13. num. 7.* Quamvis enim exe-  
 cutor fines mandati excedens negotium non executoris sed  
 suum gerere censeatur, & ita pretium recipiendo, potesta-  
 tem liberandi debitorem habere non videatur. Attamen  
 hoc casu, si emtor solvens in justa sit ignorantia, non fides  
 personæ executoris privata, verum *fides officii executorialis*  
*publica* est inspicienda, quæ emtorem bona fide solventem  
 fallere non debet; si modo ipse cum tali executore non  
 colluserit, aut aliud quid adsit, quod eidem improvide ac  
 imprudenter solventi imputari possit.

## Th. LI.

Quod si demum, causa appellationis discussa, appareat, *Pœna fri-*  
*eandem frivole esse interpositam remoranda tantum execu-* *volæ ap-*  
*tionis causa;* Tunc erga talem improbum appellatorem *pellatio-*  
*pœna obtinet Constitutionibus imperatoriis dictata. Nimi-* *nis ab ex-*  
*rum 50. librarum argenti.* Ut concludit *I. s. Cod. Quor. ap-* *cessu.*  
*pellat. non recip. ibi: sciant autem provocatores, si vel ab exe-*  
*cutione appellantes, vel ab articulo, si eos perperam intentio-*  
*nem cognitoris suspendisse claruerit, 50. librarum argenti ani-*  
*madversione multando.* Cum enim alias injustæ appella-  
*tionis pœna varia statuta, pro differentia an *frivola*, an *te-**

*meraria* aut alias injusta fuerit, uti patet ex *I. 6. §. 4. Cod. de*  
*Appellat.* & explicat Maranta de *Ordin. Judiciar. Part. VI. Tit.*  
*de Appellat. num. 345. & seqq.* ita in primis in casu factæ injus-  
*tæ provocationis ab executione jam ex Constitutione Con-*  
*stantini Imp. multæ pecuniaria & quidem pœna triginta*  
*solidum obtinuit. I. 2. Cod. Theod. Quor. Appell. non recip. ibi:*

Qui

*Qui a præjudicio appellaverit vel ab executionibus rerum ante statutarum atque alterius auditorii præpropere judicia poscerit, triginta follium pœna multatur. Add. l. 3. Cod. Theod. eod. Quod vero per triginta folles intelligentur triginta libræ argenti explicant Constantius & Constatns Imp. in l. 5. Cod. Theod. dict. loc. verb. Cum major substantia litigii sit, a præjudicio provocans triginta librarum argenti pondere plectatur. Verum postea Constitutione Valentis Gratiani & Valentiniani in d. l. 5. Cod. est aucta & proiecta ad 50. libras argenti. Eodemque pertinet l. 2. Cod. de Episcop. aud. ubi etiam 50. librarum argenti fit mentio. Similiter & Jure Franciæ poenam pecuniariam sexaginta librarum, in causa frivolaæ appellationis ab executione, obtinere tradit Rebuff. Tr. de sentent. Execut. Art. VII. gloss. 12. num. 14. Juxta praxin Imperii nostri poenam arbitrariam esse, notat Gail. Lib. 1. obs. 152. num. 8.*

## Th. LII.

*Cautio  
præfita  
tollit effe-  
ctum ap-  
pellatio-  
nis.* Tollitur denique appellationis hujus ab executione effectus, ita ut executio suspendatur, si cautio ab adversario præstetur, de restituendis omnibus, si in appellatione succubuerit. Quæ tamen cautio tunc demum admittitur, si negotium tale sit, ubi executio retractari possit, juxta tradita a Rebuff. Tr. de sentent. Execut. Art. VII. gloss. 12. num. 13. Atque hoc pertinet illa consideratio Menochii, quam exponit in Tr. de Remed. Poss. remed. adipisc. IV. num. 27. dicens, quod appellatio in talibus casibus non semper effectum suspensum producat, aut executionem sistat, sed quandoque saltem devolutivum, ita, ut executio fieri debat, & tantum cognitio gravaminis ad superiorem devolvatur, qui postea per modum restitutionis succurrere soleat.

## Th. LIII.

## Th. LIII.

Coronidis loco hic subiectanda est quæstio; An etiam Excessus ab Executionis judicati in Criminalibus appellatio com- in Crimi- petat? Certe sententia in criminalibus lata vires rei judicatae nunquam dicitur consequi, quia favore defensionis semper reo integrum manet, nova defensionis momenta adferre Carpzov. *Prax. Crim. Quest. 39. in fin.* Adeoque casus proprius ad nostram Dissertationem pertinere non videtur, ubi *judicatum* supponimus. Attamen, cum sententia in criminalibus lata, haec tenus vim judicati habeat, ut stringat judicem ad exequendum; Atque tum possit contingere, ut excessus quidam fiat, utique tali casti provocatio ad forum superius erit permittenda, quando nimirum judex inferior eo nomine imploratus, errorem nolit corrigere, aut gravamen retractare. Eo magis, quando ex intentato excessu executionis, damnum vitae, corporis aut famæ irreparabile immineat, ubi maxime tale quid præcavendum atque superioris implorandum est auxilium. Ita *Excessus* fieri potest in executione tortura decreta, si forte judex insolita ac inconsueta tormentorum genera adhibere velit, a quibus omnino abstinere debet Brunnem. *Proc. Crimin. Cap. VIII. membr. V. num. 45.* Deinde, quando executor sententie criminalis, novas obvenientes defensionis causas absque ulla cognitione rejiciat, atque ita defensionem, qua semper libera manere & ne quidem Diabolo vel alio nefando homini, si in judicio staret, & se per juris saluberrima remedia defendere posset denegari debet, præcludat; Quod certe gravamen infert appellabile arg. *Ord. Crim. Artic. 74. Carpzov. Pr. Crim. Quest. 106. num. 88. & seqq.* Eademque defensionis licentia & tertio, licet extraneo est permittenda, ita ut provocatione, in ipso quoque die executionis, facta, diffe-

G

ren-

rendum sit ultimum supplicium, juxta textum singularem atque expressum in l. 6. ff. de Appellat. & Relat. ibi: Non tantum ei, qui ad ultimum supplicium ducitur, provocare permititur, verum ali quoque nomine ejus, non tantum si ille mandaverit, verum quisquis alius provocare voluerit. Neque distinguuntur, utrum necessarius ejus sit, nec ne. Credo enim humanitatis ratione omnem provocantem audiri debere. Ergo & si ipse acquiescit sententiae, nec quarimus, cuius interfit. Quid ergo, si resistat qui damnatus est, adversus provocationem? nec velit admitti ejus appellationem, perire festinans? adhuc putem, differendum supplicium. Add. Berlich. Part. I. dec. 231. Ac in primis hic inferenda sunt pia monita Brunnem. ad d. l. 6. ubi num. 4. & seqq. ita loquitur: Proh superi! quanta hodie vitia & solacismi in criminalibus admittuntur? sepius negligitur litis contestatio, interrogatoria generalia, de quibus testes rogandi, omittuntur; Confrontatio, defensio inquisiti insuper habetur, sed & appellatio denegatur. Potest quidem contra Processum criminalem inquisitus & condemnatus restitutionem petere, per tradita Dn. Mevii Part. III. dec. 411. Sed periculum est petere ab eodem judice; tunc appellatio. Ne autem judex, vereatur causas ita procrastinari, stylus est, ut superior exhibitionem Actorum injungat judici, a quo, quae transmissa si sint, revisionem eorum instituit superior, & sententiam vel emendat vel confirmat. De super autem condemnatum cum suis gravaminibus audiendum esse puto, & haec cum actis conferenda. Sed acta sepe solent tumultuarie conscribi, quod animadverte superioris est. Si autem ipse delinquens petat paenam capitalem, si ex circumstantiis mitigari posse paenam, an desiderio confessi satisfaciendum? Non putarim, nisi metus relapsus, quale exemplum recenset pueri Manzius Cent. decif. dec. 85. Plura de hac materia tradit Oldecop. de Appellat. in Criminal.

## T A N T U M.

D. IOANNES ZACHARIAS  
HARTMANNVS,

IVR. PROF. PVBL. ORD. ET FACVLTATIS JVRIDICAE  
ASSESSOR,

GEORGIO FRIDERICO  
IASTERO,

ELECTORALIS HILDESIENSIS DICASTERII ADVOCATO,  
TITVLVM DOCTORIS VTRIVSQUE IVRIS CA-  
PESSENTI,

S. P. D.

Cecidit fere in consuetudinem, vt, qui congratulandi causa epi-  
stolas scribunt, in laudes eorum, ad quos illas exarant, perquam  
effundantur. Nolim hunc apud permultos receptum morem collig-  
endi vernilibus blanditiis aliorum benevolentiam subaccusare: sed,  
quod ab isto cum paueissimis aliis recedam, dicere piaculum illi pa-  
riter nolint, & fruantur certa sua ac destinata sententia. Quodsi ni-  
hilominus ei me addictum consecratumque velint, tanquam supre-  
mi iudices, penes quos sit ius & norma loquendi, experimento depre-  
hendent ac vehementer mecum dolebunt, in laudibus congerendis  
disponendisque ingenium me parum exercuisse meum, vt vt ad col-  
laudandum materiae habeam abunde. Igitur rem compendii faciam.  
Vt Kiliam, huius regionis nobilissimam vrbem, venisti, Candidate  
meritissime, insignem omnibus probasti humanitatem tuam, morum-  
que gratiam. Nec haesitauit Inclytus Iurisconsultorum Ordo, quin  
acerrimi virum iudicij peritiaque forensi subacti titulum Doctoris ab  
ea petentem gratulabundus exciperet. Memini ouans auscultare Tibi  
textus iuris vtriusque in confessu Facultatis explananti. Memini in-  
trospicere, quam publice tuendam Amplissimo & Consultissimo De-

G 2

cano,

cano, Struuius nostro, coniunctissimo Collegae meo, exhibuisti disputationem inauguralem de appellatione ab executione rei indicatae doctam medius fidius & laboriosam. Vnicum in limine illius occurrit, de quo non potero non publice quoque tecum conqueri. Solos magistratus inferiores, quia limites potestatis sibi concreditaे haud raro excedant, vapulare animaduerti. At inspice, obsecro, tempora & mores. Vtinam & superiores vniuersos sciremus sic adfectos, vt reipublicae quisque, non suae potentiae, consulerent. Prostant eius plorandaе rei exempla varia. Vbi inquietus & contentiosus homuncio, modo animi & impudentiae abunde habeat, sententiam ab inferioribus iustissime pronunciataм apud superiores nullitatis & iniustitiae contra acta & probata postulauerit, quot quaeso non statim mox magistratus minores circumfremunt mandata, compulsoria, inhibitoria, auocatoria, & sic deinceps? An sic bene satis cum his agitur? non sane. Hac sua festinatione inconsulta & praeципite superiores magistratus, crede mihi, efficient tandem ipsimet, vt homines priuati fucum eis tuto facere aq[ue]scent, magno iustitiae & reipublicae damno. Saltem summa, qua prae ciuib[us] ceteris perfruuntur Senatus etiam inferiores, bonae famae praesumtio dictitare poterat superioribus, vt ante discerent, fuerintne falsa delata, quam auocationem & id genus alia decernerent, mandatisque suis sine clausula poenalibus ciuilem iudicibus secundi vel tertii vel imi subsellii incutient pauorem. Agatocles tria magistratum meminisse oportere dicebat: se hominibus imperare, se ex legibus imperare, & se non semper imperaturum. Quodsi ex legibus imperare oportet, certe omnes & singuli, qui superiore gerunt magistratum, prius patienti animo & attento, quam imperent, inhibeant, mandent, Recessum Imperii de anno 1594. §. so soll auch zum fünfften 79. perlegerint penitusque cognouerint, suasor ego equidem sum. Audiuerint Recessum Imperii nouissimum de anno 1654. §. 105. clamantem & vociferantem: Benebst sollen Cammer-Richter, Presidenten und Beystitzer bey Administration der heilsamen Justitz so wohl die Statuten und Gewohnheiten, als die Reichs-Abschiede und gemeine Rechte vor Augen haben und wohl beo-

beobachten, und sich in den Schrancken der Cammer-Gerichts-Ordnung halten, daraus nicht schreiten, die erste Instantias und Austräge bey Erkennung der Proessen fleißig in acht nehmen, und was dagegen vorgangen, wieder abthun, fürs künftige die Violatores dergleichen Ersten Infantzen mit geziemender Straffe pro arbitrio iudicis ansehen, wie auch insonderheit den Unterthanen und Bürgern wieder ihre Obrigkeiten die Proces nicht leichtlich erkennen, sondern vorher um Bericht schreiben &c. Est enim, vt rete sedet MEVIO P. II. Decif. 134. iudicio cuique cursus sius integer & imperturbatus relinquendus, constitutum que pro regula, auocationes caussarum esse illicitas, nisi ad illas deueniendi ratio constet. Cuius sententiae tum in ratione omnium magistratum, tum in leg. 30. ff. de recept. qui arbitr. recep. iacta sunt fundamenta, qua, vt lites agud iudicem suo ordine peragantur, prouisum est. Et B. Ludouici in der Einleitung zum Civil-Proces cap. 34. von der Auocation der Acten §. 5. quodnam ea in re iudicum superiorum officium sit, perspicue exposuit. Quamuis hic autor fere omnium, etiam illitteratorum, manibus volutetur, continere tamen me non possum, quin verba eius ipsamet hoc transcribam: Inzwischen ist dennoch außer Streit, daß der Ober-Richter nicht sofort mit Auocation der Acten sich überreilen müsse, zumahnen wenn der Supplicant die disfals angeführte Ursachen nicht bescheinigt hat, welches zu thun ihm oblieget. Wenn aber auch die Bescheinigung gleich gebührend geschehen, pfleget man doch vor allen Dingen erst excitatoria an den Unter-Richter zu ertheilen, daß er dem Supplicanten gebührende und unpartheyische Institz administriren oder wiedrigens der Auocation gewärtig seyn solle, oder wenn die Sache annoch zweifelhaftig, wird dem Richter auch wohl befohlen, daß er einen Pflicht- und acten-mäßigen Bericht von der Sachen erstatte, oder auch wol, daß er die Acten ad vindendum einschicken soll, welches letztere noch keine Auocation ausmacher &c. Plura mihi de his & aliis, quae superiores & inferiores magistratus saepe numero inter se grauiter committunt, dicendi campus esset, quae vero in angustias epistolae huius compellere nequeo. Super istud vana nostra de publicis malis est querela. Noli Tu, Praestantis-

stantissime Vir, quae hac de re interspersi, ita accipere, quasi in illa tua Dissertatione auspicali quaedam praetermissa existimauerim. Forte & ipsum illud notauisti, nam in limine substiti nec totam perlegi. Perge pro ea, qua videris esse, charitate in humanum genus profusissima, sicutientibus iustitiam & crucis baiulantibus, baiulabunt autem eas veterum more Italorum, qui in ius ambulabant, optime mereri, vt vniuersi illos virtutis tuae & forensis prudentiae fructus optatissimos vbertim cumulateque percipient. Vale. Dab. Kiliae die 1. Augusti M DCC XXVII.

## MONSIEUR!


Vous voila enfin au bout de Vos études, & pour couronner dignement cette noble carriere, Vous avez voulu donner au public des marques authentiques de Votre capacité sous la Présidence de Monsieur le Professeur Struven. Jamais Répondant n'a été plus digne de Son Président, & il n'y a point de doute, que Vous ne foyez capable d'enlever tous les suffrages. C'est un article dont je Vous félicite du meilleur de mon coeur, Vous souhaitant en même tems un heureux retour dans Notre Patrie, pour y jouir de la douceur du commerce de Vos chers Parens & Vos tendres Amis, afinque Vous puissiez un jour répondre dignement aux belles esperances que tout le monde a conçu de Vous. Si mes voeux sont accomplis, & qu'on Vous rende justice, Vous aurez dans peu un emploi proportionné aux éminentes qualités qui brillent en Votre personne. L'amitié que je Vous porte me donne quelque pressentiment que cela n'ira pas loin. Je suis

## MONSIEUR

à Hildesheim ce 22. Juliet,

1727.

Votre très-humble serviteur  
LUD. DAN. de HARLESSEM.







**ULB Halle**  
004 367 324

3







DISPUTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA  
**DE APPELLATIONE**  
**AB EXECUTIONE REI**  
**JVDICATÆ.**

48

25

DIVINO NVMINE ET AVSPICIO  
 QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

REGIÆ CELSITVDINIS,  
 SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

**DN. CAROLO FRIDERICO,**

HEREDE NORVEGIÆ, SVPREMI DVCE SCHLESVICO, DVCE  
 HOLSATIÆ, STORMARIÆ ET DITHMARSIÆ, COMITE  
 IN OLDENBURG ET DELMENHORST, ET REL.

EX

**DECRETO MAGNIFICI JCCTORVM ORDINIS,**

IN ALMA CHRISTIAN - ALBERTINA  
 SVB PRÆSIDIO

VIRI CONSULTISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI  
**Dn. FRIDER. GOTTLIEB STRUVII, D.**  
 REGIÆ CELSITVDINIS SLESVICO-HOLSATICÆ CONSILIA-  
 RII, JVRIS CANONICI, PANDECTARVM AC PRAXEOS PROFESSORIS  
 ORDINARI, FACVLTATIS JVRIDICÆ h.t. DECANI,

DOMINI PATRONI ET PROMOTORIS DEVENERANDI,  
 PRO GRADV DOCTORALI

SVMMIS QVE IN VTRQVE JVRÉ HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
 MORE MAJORVM LEGITIME ET PVLICE CONSECVENDIS,  
 AD D. II. AVGUST. ANNO MDCCXXVII. HORIS EOCQVE CONSVENTIS  
 PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SUBMITTIT

**GEORGIVS FRIDERICVS JASTER,**  
 ELECTORALIS HILDESIENSIS DICASTERII ADVOCATVS.

KILONII, Litteris Joh. Christophori Reutheri, Acad. Typogr.

29